AD SEM-
PER VICTRICEM

GERMANIAM, IOHAN-
nis Cochlæi παράκλησις: ut pri-
ſtinæ cõſtãtiæ fidei & uirtutis
memor, inſolentiſſima Lu-
theranorum factione ab-
dicata, in errores
ſe abduci non
patiatur.

⁂

¶ Apud ſanctam Vbiorum Agrippinam
in ædibus Heronis &c.

Anno M. D. XXIIII.

GERMANIAE PATRIAE SVAE IO. COCHLAEVS GRATIAM ET PACEM OPTAT IN CHRISTO.

Exo.20.
Epheſ.6.

SI OMNES filij tui, Mater pientiſſima, monitis tuis, iuxta diuina & Apoſtolica præcepta fideliter obtemperarent: non eſſet tanta nunc inter eos diſcordia, nec tot nationibus in fabulam & improperium exponeretur nomen tuum. ¶ Iam pridem enī moliētibus res nouas inquietis quibuſdam filijs tuis, fruſtra cum ſeniore Heli dixiſti, Quare facitis res huiuſmodi, quas ego audio res peſſimas ab omni populo? Nolite filij mei, Non enim eſt bona fama, quā ego audeo, ut tranſ gredi

1.reg.2: Increpatio materna ad Lutheranos.

gredi faciatis populum domini. Non ita *docuerũt uos ſancti homines* Dei, *maiores nõſtri.* Audio *enim impias nimiũ & ſceleratas barbarice inter uos tumultuantiũ uoces, quibus pacẽ religionemq; & fidem noſtrã turbari ſentio*, P A P A M *ſcilicet eſſe* Antichriſtum, Eccleſiam Papæ *ſynagogam* Satanæ, Epiſcopos Antichriſti Apoſtolos, *Sacerdotes laruas & idola raſa*, Leges Papæ *figmenta*, Vniuerſitates *lupanaria*, Nullum *eſſe in nouo teſtamento ſacerdotium uiſibile, nullum ſacrificium*, Mißam proinde *non ſacrificium, ſed ſummam eße idololatriam & impietatem. Eße item egregium perdendæ pecuniæ artificium, inſtruendis, erigendis, ornandis, locupletandis templis, monaſterijs, ſacellis, altaribus, & eius generis operibus: Diſcedendum itaq; eſſe ab* Eccleſia Roma*na, communicandum* Bohemis Huſſitis, *calcanda* Concil*iliorum* Decreta, *abrogandas* Mißas, *ſubuertenda altaria, diruenda monaſteria, uiolanda uota monaſtica, ineunda ſacerdotibus monachiſq; & monialibus cõnubia,* Nihil *eße coram deo bona opera, nihil horas canonicas, nihil ieiunia, Sola fide iuſtificari* Chriſtianos. *Cauendum igitur maxime à legibus & operibus bonis.* ¶ *Hæc & id genus multa, ſupra omnem* Barba*rorum quorumcunq; impietatem, fœda & nephanda dogmata, dißeminatis, o nothi & degeneres filij, per omnes meas prouincias, atq; etiã ad exteras nationes exportari curatis: & datis me, iuxta uerba* Prophetæ

Impietatũ Catalogus

Luth. in lr. con. Catha

Dedecus Germaniæ a Lutheranis

etiam in utero ſanctificati, in uexationem afflictionem q; omnibus regnis terræ, in opprobrium & in parabolam & in prouerbium, & in maledictionem in uniuerſis locis, ad quæ exportantur libri ueſtri. Non eſt bona hæc gloriatio ueſtra. Neſcitis, quia modicum fermentum totam maſsam corrumpit? Si peccauerit uir in uirum, placari ei poteſt deus: Si autem in Deum peccauerit uir, quis orabit pro eo? Nolite filij facere ſtultitiã hanc. Ego enĩ ferre non potero opprobrium meum. Quin potius igitur audite diſciplinam patris ueſtri, antiquitus traditam, & ne dimittatis legem matris ueſtræ, ut addatur gratia capiti ueſtro, & torques collo ueſtro, Obedite per omnia (ut præcipit Apoſtolus) parentibus ueſtris in domino, hoc enim iuſtum eſt, hoc placitum eſt in domino. Honorate patrem ueſtrum & matrem ueſtram, quod eſt mandatum primum in promiſſione, ut bene ſit uobis, et ſitis longæui ſuper terrã. Scriptum eſt enim, Sicut qui theſaurizat ita & qui honorificat matrem ſuam. Et qui honorat patrem ſuum, iucundabitur in filijs, & in die orationis ſuæ exaudietur. Cauete igitur filij, ne pro ijs uocibus impijs apprehendat uos maledictio & furor domini ignominiaq; ſempiterna, quæ nunquam deleatur.

1. Cor. 5 — 1. reg. 2 — 2. reg. 13. — Prouer. 1. — Epheſ. 6. — Coloſſ. 3. — Exo. 20. — Deut. 5. — Eccle. 3. — Hiere. 23.

Contumacia Lutheranorũ.

Hæc tu Parens dulciſsima, pie quidem & fideliter adulterinis illis filijs tuis dicis, & toto iam quinquennio fruſtra dixiſti. Sed, ſi mihi phas ſit liberius pro honore Mater tuo, proq; periculi magnitudine loqui tecum,

nimis

nimis profecto indulgenter, pro tanta tot criminũ & impietatum atrocitate, cum uiperina iſta ſobole (quæ ſchiſmate & hæreſum infinitarum ueneno uiſcera tua dirumpere parat)agere hactenus uiſa es. Vocem enim tuam non audiunt rebellés filij iſti, neq; in edictis Cæſareis,neq; in mandatis Principum & Magiſtratuum, Conculcantes interim Gigantico faſtu omnem ſummi Pontificis exhortationem, comminationem, iudicium ſententiam,execrationem,& à nullis unquam Principibus impune contemptum Anathematis gladium,qui Heb.4.
reuera penetrabilior omni gladio ancipiti, ꝑtingens uſq; ad diuiſiõem animæ ac ſpiritus, compagum quoq; ac medullarũ,dira præciſione atq; ſectione internecina ita reſecat à corpore Chriſti membra illa tabida, quæ Iohel.1.
iamdiu computruerunt in ſtercore ſuo , ut non poſſint Coloſſ.2.
amplius tenere caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones uegetatum, creſcit in augmentũ dei. Nihil horum curant contumaces iſti Spurij tui,ut habe 1.regũ.2.
as certiſſimum ſignum, quia uult dominus occidere eos,ſicut occidit et filios Heli.¶ Quãta igitur tibi ne Neceſſitas
ceſſitas incumbat,ut ſeueriſſime illos corripias,ſuperbi corripien-
amq; eorum primo quoq; tempore contundas, multis di Luthe
ſane ſcripturis & exemplis tibi nuper declarauit, me ranos.
internuncio, mater Pietatis, fideiq; magiſtra, domina gentium,principes prouinciarum, & caput eccleſiarum Roma. Sed & Heli exẽplo excitari meritoque terreri debes,De quo ita dixit adSamnelem adhuc pue 1.regũ.3.

Peccatum Heli

rum dominus: Ecce ego facio uerbum in Iſrael, quod quicunque audierit, tinniet ambæ aures eius. In die illa ſuſcitabo aduerſus Heli *omnia, quæ loquut9 ſum ſup domũ eius.* Incipiam *& complebo. Prædixi enim, ei q̃ iudicaturus eſſẽ domum eius in æternum, propter iniquitatem: eo q̃ nouerat indigne agere filios ſuos, & non corripuerit eos.* Idcirco *iuraui domui* Heli, *q̃ non expietur iniquitas domus eius uictimis & muneribus uſq; in æternum.* ¶ Audin *tu hæc uerba* Dei, *pia* Mater Germania? At *quantulum eſt quod cõmiſerunt filij* Heli, *ſi conferas ad ſcelera & impietates uel unius*, Bohemice *mugientis ex cucullo nunc abiecto nunc reſumpto, uituli tui, cognomine* Lutheri? *ffornicati quidem ſunt cum mulieribus aliquibus filij* Heli, *& rapinas tulerunt de ſacrificijs populi.* At *nihil dixiſſe et ſcripſiſſe leguntur in* Deum, *nihil in ſummum* Pontificem, *nihil in reliquos ſacerdotes, nihil in totum ordinem ſacri miniſterij, nihil in ritus &* Ceremonias, *nihil in ſacramenta legis, nihil in ſacrificia, nihil in templum, altare, tabernaculum, uaſa ſacra, & in cætera pietatis cultúſq; diuini officia, actus, obſequia, ſtudiaq; & opera:* Quæ *nunc omnia irridet, contemnit, prophanat, contaminat abijcitq;, & condemnat per innumeros* Calcographorum *arte multiplicatos libellos, inauditis conuicijs calumnijſq; ac blaſphemijs, ſceleratus apoſtata,* Saxonicus *Minotaurus, cucullatus uitulus* Vuittemburgenſis.

Peior Lutherus filijs Heli.

¶ *Præ cuius impietatibus, auſibus nephandis, iuſtificati uideri*

Oĩm peſſimus Lutherus.

ti uideri poſſunt, non ſolum filij Heli, quorum iniquitas non expiatur (teſte domino) uſq; in æternum: ſed etiã Chore Dathan & Abyron, quos terra deglutiuit uiuos, Cui proinde nos iuſtiſſime ſimul & ueriſſime poſſumus cum Ezechiele propheta dicere, Et Samaria & quæ libet alia furum, latronum, Hereticorum aut ſchiſmaticorum ſpelunca, dimidium peccatorum tuorũ non peccauit, ſed uiciſti eas Luthere ſceleribus tuis, & iuſtificaſti omnes ſorores tuas in omnibus abominationibus tuis, quas operatus es. Nume. 16. Ezech. 16.

Noli ergo putare, Mater pientiſſima, te ſatis fore tutam ab ira & ultione diuina, ſi uerbis tantum, ut hactenus, increpaueris, non etiam uerberibus carceribusq; & alijs diſciplinæ ſeuerioris increpationibus iſtos degeneres & flagitioſos, ex Lutherica fornicatione conceptos, ſpurios tuos, quam primum coercueris & repreſſeris, ſuſtulerisq; de medio tui, ſecundum legis et prophetarum oracula, atq; etiã ſecundum Euangelica & Apoſtolica præcepta, quæ ad longum tibi Roma nuper, me recitatore, commemorauit. Quæ enim uerba audiant timeant ue ſerpentes iſti, quos non abſterrẽt tam ſeuera Cæſaris edicta Principum que mandata? Eſt nanq; furor illis (ut ait Pſalmiſta) ſecundum ſimilitudinẽ ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ et obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet uocem incantãtium. ¶ Puta igitur tibi filijsq; tuis uere per Hieremiam prophetica comminatione prædictum eſſe o Germania, Quia

Non uerbis tantum ſed uerberibus quoq; cõpeſcendi Lutherani

Pſal. 57.

Serpentes reguli Baſiliſci ecce ego mittam uobis ſerpentes regulos, quibus non eſt incantatio, & mordebunt uos, ait dominus. De qui-
bus ueriſſime ait Eſaias: Confidunt in nihili, & loquun-
Eſa.59. tur uanitates, Cõceperũt laborẽ, & pepererũt iniquita-
tẽ. Oua aſpidũ ruperunt, & telas araneæ texuerunt,
Qui comederit de ouis eorũ morietur: & quod cõfotũ
eſt, erumpet in regulum. Telæ eorum non erunt in ue-
ſtimentum, neq; operientur operibus ſuis. Opera eorũ
opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum.
Pedes eorũ ad malũ currunt, & feſtinant ut effundãt
ſanguinẽ innocentẽ. Cogitationes eorũ cogitationes
inutiles. Vaſtitas et cõtentio in uijs eorũ, Vias pacis ne-
ſcierunt, & non eſt iudicium in greſſibus eorũ. ¶ Nõ
egemus hic ullá (credo) expoſitione, qui iam quinquen-
nali rerum experientia certiſſime ſcimus, nemini ma-
gis quam Luthericis iſtis ſerpentibus hæc prophetica
dicta ſic per omnia quadrare, conuenire, adaptari.
Numero 21. Quãdiu igitur patieris o mater, fideles & legitimos
filios tuos, per tot plagas & mortes animarum, quibus
graßatur in eos lues iſta Lutherica, ſic infici & de-
uaſtrri à uolantibus & ignitis iſtis ſerpentibus, quos
nunc miro præſtigio è ſylua Bohemica urens dæmo-
nij meridiani uentus in populos tuos mittit? Prodie-
1.Ioh.2 runt quidem ex nobis, ſed non erant ex nobis. Nam ſi
Filij Agar Bohemicæ. fuißent ex nobis, permãſißent utiq; nobiſcum. ¶ Nũc
uero, quoniam ad Huſſitas tranſfugiunt, & patriæ re-
ligionisq; ac fidei noſtræ hoſtibus manifeſte conſen-
tiunt,

unt, non ſunt profecto legitimi Germanicæ Saræ filij, ſed ſeruiles & adulterini, ſuppoſititijq́; Bohemicæ ancillæ partus, qui genus patriamq́; noſtram ſeruili & Agareno ſanguine confundunt & commaculant. Eijce igitur o Germania leues & ignobiles iſtos Huſſiticæ Agar filios, quia ſcriptum eſt. Non erit hæres filius ancillæ cum filio meo Iſaac. ❡ Rationem pulcherrime adijcit Paulus in ea, quam ad Galatas ſcripſit epiſtola Sed quod modo (inquit) tunc is, qui ſecundum carnem natus fuerat, perſequebatur eũ qui ſecundum ſpiritũ: ita & nunc. Sed quid dicit ſcriptura? Eijce ancillã & filium eius. Non enim hæres erit fili9 ancillæ cum filio liberæ. Itaq; fratres non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ: qua libertate Chriſtus nos liberauit. State, & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri. Vtinam & abſcindãtur, qui uos conturbant. Hæc Apoſtolus. Eijciendi ſunt igitur procul è finibus Germania tuis carnales & inquieti perfidiq́;, ac plane ſeditioſi et hoſtiles iſti, ex Bohemica meretrice nuper procreati flagitioſa fornicatione filij, qui nos omnes totamq́; Eccleſiam Chriſti tanto furoris impetu perſequuntur & conturbant.

Gen. 21.

Eijce ancillam & filium eius

Gal. 4.

Multis quidem ſcripturis & exemplis, in ſuperiori exhortatione, admonuit te Roma, ut uel ſero inde cognoſcas, quanta te urgeat diuinorum præceptorum authoritas pariter & neceſſitas, ut nouos Huſſitas iſtos quã primum è fin bus tuis pellere ſatagas, Sed & hic loca neq; ſpernenda neq; tacite & diſſimulanter traſeunda

Cauẽda negligentia in coercendis Lutheranis.

propoſuimus,ut excitemus fidei tuæ zelum, in perfidos iſtos & fidei & religionis noſtræ præuaricatores & hoſtes: Qui obturatis auribus nulla pietatis uerba percipiunt, nulla pacis conſilia accipiunt, nulla ſalutis remedia admittunt, contabeſcentes in pertinacia ſua, cõmuni illo et incurabili Hereticorum morbo, ut ſcias,
1 reg.2. quia dominus uoluit occidere eos, timeaſq; nihilomin9 tibi tu ſi;, ne propter eos ultio diuina te pariter apprehendat & inuoluat, Tũ quia eos nõ coerces digne, neq;
1.reg.3. ſeuere caſtigas, cum ſcias Heli, uerum alioqui optimũ uitaq; & Pontificatu, ſenectute item & iudiciaria poteſtate maxime uenerabilem, ex ſimili negligẽtia, grauiſſimam dei iram maledictionemq; & ultionem incur
Nume.16. riſſe, Tum quia alibi ſcriptum eſt, Præcipe uniuerſo populo, ut ſeparetur à tabernaculis Chore & Dathan & Abyron. Item, Recedite à tabernaculis impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum. Ecce quã aperta & neceſſaria de cauẽdis periculis oracula. Sed & de ſerpentibus filijſq; ancillæ ſatis multa ſcripturæ monita cœleſtia recitaui-
Tenere hereticos, cõtra deũ eſt. mus. ¶ Nunc, ut de ijs finem faciam, ex ultimo ſacræ Bibliæ libro unicum ad huc textum, coronidis uice, referam. Ita ſane ſcribit in Apocalypſi S. Iohannes: Et An
Apoca.24 gelo Pergami eccleſiæ ſcribe. Hæc dicit qui habet rhompheam ex utraq; parte acutam. Scio ubi habitas, ubi ſedes eſt Satanæ, & tenes nomen meum, & non negaſti ſedem meam, Et in diebus illis Antiphas, teſtis
meus

*meus fidelis,qui occiſus eſt apud uos,ubi Satanas habitat:Sed habeo aduerſus te pauca,quia habes illic tenentes doctrinam*Balaam,*qui docebat* Balac *mittere ſcandalum coram filijs Iſraël,edere & fornicari.* Ita *habes & tu tenentes doctrinam* Nicolaitarum.*Similiter pœnitentiam age:Si quo minus,ueniam tibi cito,& pugnabo cum illis in gladio oris mei.* Qui *habet aurem, audiat,quid ſpiritus dicat* Eccleſijs. ¶ *Audis tu rogo hæc pia*Mater *noſtra? An & hic longo nobis ad intelligendum opus eſt commentario? Minime profecto,ſatis enim expertis & proinde intelligētibus dictum eſt.* Res *ipſa loquitur,& ſcriptum eſt,* Tantummodo *ſola uexatio intellectum dabit auditui.*Quis *igitur ſit adeo uecors & obtuſus inter nos,qui ex quinquennali uexatione, quam iam pertulimus,nondum intelligat, qd hic dicat ſpiritus* Eccleſiis? An *uero ſedes Satanæ nō eſt, ubi ſchiſma cū infinita ſimul hæreſum impietate regnat?Tu autem Chriſtianiſſima* Germania,*nomē & fidem*Chriſti *ſic tenuiſti ultra.*DCC.*annos, ut nunquā interim negaueris, ab eo ſanè tempore, quo eſt occiſus fideliſſimus teſtis Chriſti.S.* Bonifacius,*martyr &* Epiſcopus,*uerus ille Germanorum* Apoſtolus,*&* Apo*ſtolicæ ſedis obedientiſſimus filius & legatus.* Nunc *uero habet aduerſus te pauca(utinam nō multa)Chriſtus, quia habes in te non paucos, tenentes doctrinam* Bohemici Balaam,*à quo didicit Saxonicus* Balac *mitte re ſcandala infinita coram filijs tuis fidelibus Chriſti,*

non

Nume.24.

Sedes ſatanæ, ubi Lu*therani*

*Eſa.*28.

Bonifacius *martyr.*

Bohemicus Balaam Saxonicus Balac

no: ſolum edere carnes & oua in quadrageſima ſacra, & fornicari ſacerdotes Moniales & Monachos, per inceſta & ſacrilega, contra uotum fidemq; deo promiſſam connubia, ſed etiam negare ſeptem ſacramenta, blaſphemare deum in ſanctis eius, contemnere totā Eccleſiam Chriſti, perſequi ſacerdotes dei, breuiter abnegare & abijcere ſemel omnem fidem religionemq; Chriſtianā, ut de antiqua pietate nihil ma[illegible]t eis reliquū, niſi nudū nomen Chriſti fideiq; Chriſtianæ. Hos diutius tecū habere o Germania non uerearis? non timeas? non contremiſcas? ¶ *Obſecro te Mater, ſi nunc rediret ac nobiſcum uiueret Apoſtolus ille tuus, S. Bonifacius, quid putas ad iſta dicturus eſſet? Credo equidem protinus ex Hieremia ſic te alloquuturū eſſe: Ego te Germania plātaui uineā electam, omne ſemen uerū. Quomodo ergo conuerſa es mihi in prauum uinea aliena? Quas ego nunc audio agreſtes & funeſtas in te uoces, ſanguinis & impietatis plenas? Hos ne rugitus & ululatus Tabariticos, diſcedere ab Eccleſia Romana, negare ſeptem ſacramenta, lauare manus in ſanguine Papæ & omnium ſacerdotū eius, diruere templa et Monaſteria, calcare Conciliorum decreta, abrogare Miſſæ ſacrificiū, Hæc inquam et id genus plurima, quæ nunc uulgo diſſeminātur & audiuntur in te extremæ barbariei dogmata ſcelerata, ex me audierunt Maiores tui? Hæccine prædicaui ego? hæc per ſanguinem & mortem meā confirmaui tibi? hæc in teſtamento tabulis coe*

Verba Bonifacij ad Germaniā Hiere.2.

lis cordis tui inſcripto poſt me reliqui, aut ſic fidei tuæ cõmiſi? Obſtupeſcite cœli ſup his, & portæ eius deſola mini uehementer. Duo enim mala fecit populus meus, Meam doctrinam, quam à ſede Apoſtolica accepi, eius q; fideliter tradidi, fontem aquæ uiuæ, & reliquerunt multi: & foderũt ſibi ciſternas diſſipatas, è quibus hauriunt aquas mortuas & mortiferas Huſſitarum. Hæc nimirum id genus multa, ſummo cum dolore & indignatione, ſi hodie mortalis eſſet, dicturus eſſet tibi uetus ille Apoſtolus Germaniæ tuus. ¶ Vtinam uero ad manum eſſent mihi nunc ſcripta eius, quæ procul dubio, ut multa & uaria, ita & eruditionis & pietatis plena fuerunt, uti conijcere licet ex paucis, quæ ſparſim in Decretis refert Gratianus, epiſtolarum eius fragmentis, ut ad oculum tibi oſtẽdere poſſim, quã diuerſa ab eius doctrina ſcribant tibi nunc pſeudoapoſtoli iſti Saxobohemici. Quoniã uero pauca, quæ ego uiderim, ſcripta ueri illius Apoſtoli tui extant, breuem ad te inde colligam Epiſtolã, ut quoquo modo ſtatuã ante oculos tuos primi fidei tuæ plantatoris imaginem & ſententiã.

2.Cor.3.
Hiere.2.
Scripta Bonifacij.

EPISTOLA NOMINE BONIfacij Martyris ad Germaniã.

BOnifacius Martyr Chriſti Archiepiſcopus quondam Moguntinus ac Sedis Apoſtolicæ per Germaniã legatus, Eccleſijs Germaniæ. Gratia uobis & pax à deo patre & domino noſtro Ieſu Chriſto. Grati

1.Cor.1.

as ago

as ago Deo meo ſemper pro uobis in gratia dei, quæ data eſt uobis, in Chriſto Ieſu, quia ĩ oĩbus diuites facti eſtis in illo. Cũ fueritis antea gẽtes barbaræ & Idololatræ, ſine Deo ſine literis, ſine opibus, ſine oppidis, ſine imperio, ſine autoritate. Obſecro autem uos fratres per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, ut id ipſum dicatis oẽs, & nõ ſint in uobis ſchiſmata: ſitis aũt pfecti in eodẽ ſenſu ĩ eadẽ ſciẽtia: ꝙ ego, ut accepi à Domino Apoſtolico, ita & tradidi uobis fideliter, ſecũdũ Euãgelium Chriſti, quod ſedes Apoſtolica, ab Illyrico uſque ad extrema mundi per omnem Aphricam, Hiſpaniam, Galliã, Germaniãq; & reliquas Europæ partes, legatorum ſuorum prædicatione & miniſterio, diuulgauit & repleuit. ¶ Significatum ſane eſt mihi de uobis fratres mei, quia contentiones ſunt inter uos. Hoc autem dico, quod unuſquiſq; ueſtrum dicit, Ego quidem ſum Pauli, ego autem Papæ, ego uero Lutheri, ego Emſeri, ego autem Chriſti. Quid eſt obſecro fratres: Diuiſus eſt Chriſtus? Diuiſa eius Eccleſia? Nunquid Paulus aut Lutherus crucifixus eſt pro uobis, aut in nomine Pauli baptizati eſtis? ¶ Quis eſt nouus iſte Pſeudoapoſtolus, qui uos nouiſſimis iſtis tẽporibus in fide ueſtra, quam ego ante. DCC. annos autoritate Apoſtolica prædicaui uobis, conturbat? habet ne melius an ſanctius Euangelium, quam à me accepiſtis? habet alium Paulũ alios Canones ſacros? aliam Eccleſiam Chriſti? At ſcriptum eſt, Licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet uobis

In omnib9 diuites facti in Chriſto.

Ro. 15.

1. Cor. 1.

Contentiones inter Germanos nunc

Nouus pſedo apoſto.

Gal. 1.

uobis, præterquam euangelizauimus uobis, Anathema ſit. ¶ Nec minus *Anathema ſit, quicunq;* Paulum Eccleſiæ Chriſti *Catholicæ & Apoſtolicæ aduerſariũ falſa uobis perſuaſione conſtituit.* Nihil *enim antiquius habuit* Paulus, *quam fide et* Euãgelio Chriſti, *p oĩa conſentire Catholicæ & Apoſtolicæ* Chriſti Eccleſiæ. Ita *enim ſcribit de eo* Lucas *in Actibus* Apoſtolorum: Paulus *uero, electo* Syla, *profectus eſt, traditus gratiæ dei à fratribus.* Perambulabat *autem* Syriam *&* Ciliciam, *confirmans eccleſias, præcipiens cuſtodire præcepta* Apoſtolorum *& ſeniorum.* Et *poſt pauca,* Cum *autem pertranſirent ciuitates, tradebant eis cuſtodire dogmata, quæ erant decreta ab* Apoſtolis *& ſenioribus, qui erant* Hieroſolymis. Sed *& ipſe ingenue fatetur, ueniſſe ſe* Hieroſolymã, *uidere* Petrum, *& mãſiſſe apd' eum diebus* XV. Et *rurſum poſt annos deinde quatuordecim illuc rediiſſe, & contuliſſe cum eis* Euangeliũ, *quod in gentibus prædicauerat, ſeorſum autem ijs, qui uidebantur aliquid eſſe, ne forte in uacuum curreret aut cucurriſſet.* ¶ Sed *& hoc liquido cõſtat, quod* Paulus, *orta inter ipſum & alios fratres contentione ſuper quæſtione circunciſionis: humiliter ſe ſuamq; ſentẽtiam ſubmiſerit* Iudicio Apoſtolornm *& ſeniorum, qui erant in* Hieruſalem, *&* Catholicã *atq;* Apoſtolicam Eccleſiã *utiq; repræſentabãt.* Et *rurſus, poſt annos aliquot orta contra ipſum ſeditione* Hieroſolymis, *iuſſu* Iacobi *& ſeniorum, aſſumpſerit uiros quatuor, ut ſe cum*

Nõ eſt Paulus contrarius Eccleſiæ Apoſtolicæ.

Act. 15. & 16.

Cuſtodire præcepta Apoſtolorum & ſeniorum.

Gal. 1.

Gal. 2.

Anathema peruerſor uerborum Pauli.

cum illis purificaret in templo. Anathema ſit igitur, quiſquis proterue uerba Pauli cõtra ſenſum totius Ecclesiæ Chriſti expoſuerit, ut per ea ſedi Apoſtolicæ & ſenioribus contumaciter & impie reſiſtat. Non enim alia eſt aut fuit fides & Eccleſia atq; Euangelium Pauli, quam eſt adhuc hodie, & fuit ab initio, ſedis Apoſtolicæ et ſanctorum patrum. Quicunq; igitur non audierit Eccleſiã (quã utiq; in ſedis Apoſtolicæ Conciliorumq; decretis audire debemus) is uobis, iuxta uerbũ

Matth. 18. Chriſti, ſit ſicut Ethnicus & Publicanus. Nã & Pau-

Ro. 13. lus ipſe Eccleſiæ iudicio nunquam reſtitit, ſed humili-

Epheſ. 4. ter acquieuit, & nos ſerio admonuit, tum ut omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, Tum ut ſolliciti ſimus, ſeruare unitatem ſpiritus in uinculo pacis, ut ſimus unum corpus & unus ſpiritus, ſicut uocati ſumus in una ſpe uocationis noſtræ. Vnus enim dominus, una fides, unum baptiſma. ¶ Sic ſane docuit ubiq; Paulus, ſic Petrus, ſic eius ſucceſſores & cæteri ſeniores & ſancti patres. Sic & ego Germani accepi ab illis, et tradidi uobis ab initio conuerſionis ueſtræ. Sic deniq; & coadiutores & ſucceſſores mei uos docuerunt, & uos in hac fide fœliciter & glorioſe ultra DCC. annos incõcuſſa animi adhæſione firmiſſima mẽte ſtetiſtis & profeciſtis. Quis igitur nũc tãdem, poſt tãtam tot ſeculis formatã & approbatã unitatis & fidei ueſtræ certitudinem, uos conturbare ſacrilego auſu præſumit? Quis faſcinat uos non obedire ueritati?

Antiqua fidei noſtræ traditio.

Gal. 3.

quis

quis dementat uos falſis allegationum præſtigijs & fucatis humanæ ſapientiæ uerbis, ut dimiſſa maiorum ueſtrorum fide, in petræ ſoliditate fundata, tam temere quã p fide abeatis poſt noua dogmata, cõtra quæ maiores ueſtri ad mortem uſq; acerrime decertauerunt?

Conuiciator Lutherus leuis et inconſtãs.

¶ Quæ (malum) leuitas eſt, ad iram & clamorem unius conuiciatoris nunc quærere diſceſſionem à ſede Apoſtolica, à qua piorum nemo unquam diſceſsit? Nonne conuiciator ipſe, intra hoc quinquennium, terque quaterq́; ſerio diſceſſionem eiuſmodi condemnauit? Nolo hic referre, quoties eam in uarijs Epiſtolis & libellis ſermonibusq́; ac diſputatiõibus publice, ante tres aut quãtuor annos, diſsuaſerit, reprobaueritq́; ac dãnauerit. Ex uno eius commentario in Paulum ad Galatas, pauca producam, ut uideatis, quanta ſit & inconſtantia illius & temeritas ueſtratum. Conſequens eſt, inquit, quod Bohemorum diſsidiũ à Romana Eccleſia, nulla poſſit excuſatione defendi, quin ſit impium, & Chriſti omnibus legibus contrarium, quia contra charitatem (in qua omnes leges ſummantur) perſtat. Hæc uerba & docuit in publica prælectione, & ſcripſit ædito in publicum libro, nouus iſte dux Bohemicæ diſceſſionis, non ante. x. aut. xx. aut. xxx. annos, ne qs forte putet eum obliuionis uicio contrarium nunc ſentire, clamare & ſcribere: ſed intra proximum quinquennium, atq; eandem ſententiam, intra idem temporis ſpa-

Luth. in ſuis Galatis.

ciū,ſæpe alias quoq; iā latine,iā Teuthonice repetiuit.
Qua igitur nunc impudentia per trienniū clāat et ſcri
bit idem ille cōuiciator, beata Græcia,beata Bohemia,
beati omnes, qui ſeſe à Roma. Eccleſia ſeparauerint?
qua uero frōte uos frēs tantā eius inconſtantiā (ut de
impietatibus & blaſphemijs interī taceā)diutius audi
Confuſio re ac tolerare poteſtis? ¶ Heu quanta erit ſectatorū
Lutherano eius confuſio,quando in extremo iudicio ſtabunt inter
rum in die cæteros hœdos & hæreticos à ſiniſtris,& audient iſtā
Iudicij increpantis & condemnantis Iudicis uocem: Ecce con
Matth.25. fiſi eſtis temere ſuper baculum arundineum confractū
4.reg. 18. iſtum,ſuper Lutherum conuiciatorem, cui quicunq; in
Eſa.66. uiſus fuit homo, intrauit in manum eius, & perfora-
uit eam.Vos igitur,qui perfide à ſede et fide Petri(cui
Eccleſiam commiſi meam) defeciſtis, contra ueſtrorū
inſtituta religionemq́; maiorū, ad conciliabulum per
Eſa.66. fidiamq; Huſſitarum, ite cum Luthero ueſtro in ignē
æternum,ubi uermis ueſter non morietur,& eritis uſ
Mar.9. q; ad ſatietatem uiſionis omni carni.¶ Cauete igitur
Quisnobis o Germani, ne uos iſta confuſio maledictioq́; unquam
inuitandus apprehendant.Timeo n.ne forte,ſi cōuiciatorē iſtum
Gal.4. diutius audiatis,ſine cauſa laborauerī in uobis. Eſtote
1 Cor.4. ſicut ego,qa ego et ſic ut maiores ueſtri.Nō ſane ut cō
fundam uos hæc ſcribo, ſed ut filios meos chariſſimos
moneo.Nam ſi decem milia pædagogorum habeatis in
Chriſto,ſed non multos patres. Nam̄ in Chriſto Ieſu
per

per Euangelium ego uos genui. Rogo *igitur uos, uti imitatores mei ſitis, ſicut & ego Chriſti.* ¶ Ego *uero ſemper præ oculis debito cum honore & obedientia habui & obſeruaui ſedem* Apoſtolicam, *& ſucceſſores Petri, ſummos* Pontifices, Gregorium II. *qui me ex* Monachatu *in* Epiſcopatum *euexit, atq; Apoſtolica autoritate ad* Maiores *ueſtros miſit:* Gregorium III, *ſub quo. x. annis apud uos euãgelizaui:* Zachariam *item, cuius iuſſu & autoritate* Pipinum, Caroli Magni *patrem, in* Regem *francorum ſacro benedictionis oleo ſolenniter inunxi, anno ſalutis.* DCCL. *Stephanum* II *dæniq;, ſub quo in* Friſia, *dum uerbum dei prædicarem, à paganis interfectus ſum, & martyrio una cum comitibus & coadiutoribus meis coronatus,* Anno Domini DCCLIIII. ¶ *Illos igitur ſanctiſſimos* Eccleſiæ Dei *rectores, & paſtores ouium Chriſti, ego, quoad uixi, in omnibus audiui & ſequutus ſum, iuxta uerbũ* Chriſti, *alienorum aũt uoces non noui, neq; ſequutus ſum, ſed effugi ab eis, neq; unquam in conſenſum & conſilium eorum uenit anima mea, licet corporaliter, cogente* Eccleſiarum *neceſſitate, dum ueniſſem ad* Principem Francorum, *nõ potuerim omnino ab eis abſtinere.* *Qua de re cum conſuluiſſem* Zachariam Papam, *mitiſſime reſcripſit ille mihi, cum in eorum concilio & cõmunionis conſenſu non fuerit inquinata anima mea, propter corporalem cum eis conuerſationem, ad quã*

Quatuor Pontificibus notus in uita Bonifacius noſter.

Ex *Annalibus Caroli Magni*

XV. q. VI. c. Alius.

Obſeruantia Bonifacij erga Ro *Pontifices*

Ioh. x.

In *Decretis* xi. 4. iij c. *Anteceſſor cum ſeq.*

Eccleſiarum dei neceſſitas me coegerat, nullum mihi eſſe detrimentum coram deo. ¶ *Ego itaq; in omnibus dubitationis perturbationiſq; et anguſtiæ fluctibus, ad nauiculam Petri confugi, & ab eius gubernatore conſilium præſidiumq; quæſiui. Itidem fecerunt & reliqui coepiſcopi & coadiutores mei in Euangelio Chriſti, per omnes Germaniæ prouincias Kilianus, Burchardus, Rupertus, Erhardus, Bilibaldus, Vlrichus, & quotquot Catholicæ fidei plantatores apud nos quocunq; tempore fuerunt, nemo noſtrum Ro. Pontificibus detraxit, nemo repugnauit nemo culpas eorũ redarguere præſumpſit, Quia Papa, sũmus Eccleſiæ Rector & Antiſtes, cũctos ipſe iudicare habet, à nemĩe iudicari debet, niſi deprehẽdatur à fide deuius: Pro cuius ꝑpetuo ſtatu uniuerſitas fideliũ tãto inſtantius orat, quãto ſuã ſalutẽ poſt deũ ex illius incolumitate animaduertit propẽſius pendere.* ¶ *Hanc ego uobis Germani regulam ſcripſi, & uiua itẽ uoce tradidi, ante an. DCCLXX. Eã cuſtodierunt omnes ſancti Epiſcopi Doctoreſq; & Maiores ueſtri, in ea ſteterunt & profecerunt, & ſeruat eam adhuc omnis Eccleſia Chriſti, per totum orbem diffuſa. Quicunq; uero Principes & populi præuaricati ſunt eam, ex ultione diuina infœliciter perierunt omnes.* ¶ *Vos igitur filioli mei: quos iterũ parturio, donec formetur in uobis Chriſtus, auctor pacis & unitatis, depoſitum cuſtodientes antiquum, deuitate pro-*

phanas

Ad nauiculã Petri cõfugiendũ.

In Decretis diſt. 40 *Si papa.*

Regula S. Bonifacij nobis traditur

Vocũ nouitates uitate.
Gal. 4.

phanas uocum nouitates, & oppoſitiones falſi nomi= nis ſcientiæ, quā quidam promittentes circa fidem ex= ciderunt. Nolite contendere uerbis, ad nihil n. utile eſt niſi ad ſubuerſionem audientium: Prophana & uanilo quia conuiciatoris noui deuitate. Multum n. profici= unt ad impietatem, & ſermo eius ut cancer ſerpit. Ita= q; hæreticū iſtum, poſt tot correptiones eccleſiæ, quā tam ſuperbe contemnit, omnino deuitate, ſcientes, q̄a ſubuerſus eſt, & delinquit, cum ſit proprio iudicio con dēnatus. Diſcite autem bonis operibus præeſſe atq; in= ſiſtere, ad uſus neceſſarios, ut non ſitis infructuoſi. Gratia dei cum omnibus uobis Amen.

1. Timo. 6

Ec. c. 1

ad Titū. 3

Si aut conſilijs ſententiæ epiſtolam, tibi nunc Germa= nia per miraculum aliquod tranſmitteret Martyr ille & fideliſſimus Apoſtolicæ fidei Eccleſiæq; aſſertor, p= pagator & cultor Bonifacius, non dubito equidē, mul tos tuorum diligentius, quàm hactenus, conſyderatu= ros eſſe, quantum ſit hæc Lutherica factio periculum dedecusq; & detrimentum patriæ allatura, ſi non reſi ſtatur ei primo quoq; tempore. De periculo quidem ſa= tis admonuit te o Mater per multas ſcripturas & hi= ſtorias in ſuperiori exhortatione Roma. De dedecore autem hoc ſempiterno, quo ſic uſq; adeo leues impijq; & ingrati manifeſte apparent omnibus nationibus Lutheriſchi noſtri, quis eſt obſecro Germanorum, cui quantulumcunq; ſit ſalis cordis aut grauitatis qui non

Factio Lu therica de= decoris ple na.

Odium Lutheranorũ in ſedem Apoſtolicã

ſentiat & ingemiſcat? De leuitate quidem & impietate ſceleratæ huius factionis ſatis iam dictum eſt, de ingratitudine uero nonnihil adijciendum puto. Quando uero unquam maior cognita eſt ingratitudo, quam cognoſcatur hodie in Lutheranis noſtris? Nam cum nullam habeant iuſtæ indignationis cauſam, tanto tamen repente in Sedem Apoſtolicam odio exarſerunt, ut nõ ſolũ acerbiſſimis in ipſã cõuicijs, calũnijs, blaſphemijs picturis & omnis generis illuſionibus & iniurijs publice debacchẽtur, ſed etiam inimice perſequãtur et inſectentur omnes, quicunq; nolunt pari contentione & impietate ſedem illam inceſſere, & ab eius ratione ſimul deſciſcere. Eò ſane proceſſit inimica malignitas et efferata eorum rabies, feritasq; immanis et barbarica, ut non ſolum criminentur & exoſos habeant uiuos, quicunq; debitum Apoſtolico culmini honorem reuerentiamq; & obedientiã exhibent & impendunt, uerũ etiam mortuis quoq; quamlibet ſanctis & bene meritis ſiue de religione ſiue de Republica, per uarios libellos obloquãtur, aſcribãt næuos aut uitæ aut famæ, ingerant etiam crimina calumnioſo malignæ interpretationis fuco adumbrata & efficta, quoſcunq; ſciunt Ro. Eccleſiæ honorem iuſq; & autoritatem defendiſſe, iuuiſſe, promouiſſe.

Iniuriæ Luthe. ĩ ſãctũ Petrum.

¶ Cui obſecro Ro. Pontificum quantalibet ſanctitate aut eruditione præpollenti, detrahere non uerentur? Nunquid ab iniurijs in S. Petrum, &

Principem

Principem Apoſtolorum & primum Romanæ Eccleſiæ Antiſtitem, ſceleratas linguas calamoſq; ſuos temperarunt aut cohibuerunt? At extant uarij eorum libri & Latini & Teuthonici, in quibus paſsim ſuggillant ſūmi illius Apoſtoli eminentiam, dignitatem, uitam, geſta, mortem item & martyrium, contra tot ſeculorum fidem & Catholicam totius orbis confeſsionem, negantis eum fuiſſe Apoſtolorum Principem, Eccleſiæ caput, aut ullius loci ciuitatiſue Epiſcopū. ¶ Et tanquā parua ſint hæc, cōculcant etiā Chriſti & Pauli de Petro teſtimonia, quæ tortuoſis expoſitionibus ad impia figmenta ſua trahunt, reijcientes quorumlibet ſanctorū & antiquorum Patrum dicta. ¶ Irrident itaq; nos potius quam ut ſcripturis aut rationibus impugnent, ſi quando obijcimus eis illa uera Chriſti. Tu es Petr9 & ſuper hanc Petrā &c. Itē Tibi dabo claues reg. cel. Quodcunq; ligaueris &c. Item Vade ad mare, & mitte hamum &c. Item Ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Item. Symon Iohannis diligis me plus his Paſce agnos meos. Paſce oues meas. Deniq; Quid ad te Tu me ſequere. Neq; penſi habēt, qđ ubiq; fere Petrū præcipue alloquutus eſt dominus, quodq; reſpondit Petrus ſæpe etiā pro alijs, uelut os & uertex totius conſortij. Item quod in geſtis Apoſtolicis ubiq; tenuit primatū, in reſpōſionibus, in concionibus, in miraculis, in

Tortuoſæ expoſitiones Luth.

Verb. Chri

Matth. 16.

Matth. 17.

Luc. 22.

Ioh. ul.

Act. per totū uſq; ad c. 13.

plagis, in ſententijs, & generaliter in omnibus conſi-
lijs negocijſq; et officijs naſcentis poſt aſcenſionem do
Verba pau li. mini Eccleſiæ. ¶ Sed neq; Pauli (quem nobis tam ſtu
dioſe aduerſarium fingunt) dicta et facta perpendunt,
cum is unice ueueratus ſit Petrum, non ſolum publice
Act. 15. in Concilio Apoſtolorum et ſeniorum (ubi utiq; pri-
Gal. 1. mam uidebat habere uocem Symonem Petrum) ſed eti
ea. c. 2. am priuatim, tū quando aſcendit Hieroſolymam uide
re Petrum, tum etiam, quando poſt xiiij annos reuer-
ſus, contulit cum eo Euangelium, quod in gentibus præ
dicauerat. Et quamuis Paulo tribuant præ omnibus pri
matum in Apoſtolatu gentium, nolunt tamen Petro
admittere ullum in Apoſtolatu primatum. Licet Pau-
Vbi Supra lus apertiſſime dicat: Creditum eſt mihi Euangelium
præputij, ſicut et Petro circuncíſionis. Qui n. operatus
eſt Petro in Apoſtolatum circunciſionis, operatus eſt
Suggillato res Petri et mihi inter gentes. ¶ Hæc omnia Lutherani ut diſſi-
mulant, ut uanis uerborum præſtigijs in prauum ſen-
Vbi Supra ſum detorquent, iactantes unum illud Pauli dictum,
Cum autem ueniſſet Petrus Antiochiam, reſtiti ei in
faciem. Hic gloriātur, hic maxime extollunt Paulum,
deprimuntq; Petrum, non recte attendentes neq; ſen-
tentiā neq; cauſam huius dicti. De quo doctiſſima ex-
Negātes Petrū Romæ fuiſſe. tat inter Hieronymum et Auguſtinum diſceptatio, in
epiſtolis haud ita breuibus aut paucis. ¶ Demq; pati-
entia noſtra audentiores facti, negant modo palam ex
preſſis

preſsis uerbis & Petrum unquam ueniſſe Romam, & Romæ occiſum eſſe. Ego uero ſuper hac præſumptuoſiſſima impietate & audacia, non modo Luhero, ſed etc Veleno, ſatelliti eius reſpondi, Quamuis una tot ſeculorum per totum orbem conſtans & publica omnium Chriſtianorum hac de re confeſſio, quacunq; ſit reſponſione certior. ¶ Multis itaq; blaſphemijs oppugnant Gigantes iſti Lutherici cæleſtis regni clauigerum, ob eam nimirum cauſsam potiſsime, ut ſedis Apoſtolicæ autoritatem maiori audacia magisq; impia Gigantomachia impugnaſſe uideantur. Quoties n. iactitat uitulinus eorum Briareus, Hic iaces Papa, hic caput amputaui tibi, hic ſedem tuam in Tartara deturbaui. Et nequis immanium & Centimanorum fratrũ eius hoc in bello par illi apparere poſſit, ſuper omnes impietatum ſuarum montes adijcit Lutherica dextra hanc aſſertionis Oſſam in extento omnipotentiæ ſuæ brachio, Iohannes Huſs (inquit) nõ repugnare uidetur, quo minus ſit Monarchia Papæ Ego uero etiã ſi S. Petrus hodie præſideret Romæ, negabo Ro. Epiſcopũ eſſe Papã. Papa n. res ficta eſt in mundo, neq; fuit, neq; eſt, neq; erit, ſed fingitur eſſe. Quare ipſam ſedem beſtiæ nego, nihil moratus, ſit ne bonus an malus qui in ea ſedet. Quid putas Germania? non eſt hæc ſatis ingens, pro tã ualida dextra terriganæ tui, Oſſa? An uero mitem aut placabilem ulli Ro. Pontificum fore credas,

Gigãthomachia Lutheranorũ

Luth. in Catharinũ

Oſſa propriæ mons Theſſaliæ ſtabulum Centaurorum.

Luth. in aſſer. art. 30

Contumelioſi omnes Pontifices

re credas, qui S. Petrū, ſi uel hodie præſideret, Romæ non ſinat eſſe Papam, atq; (proh blaſphemum rei ſacroſanctæ agnomen) ſedem beſtiæ etiam neget? Non mirū eſt igitur, ſi quando audias, inter iſtos Terrigenas tuos crebro iactari, frigidiſsima fuiſſe decreta Anacleti, blaſphemam buccam & inanem ſuperbiam Pelagij, Antichriſtianā cenſurā Victoris, ſuperſtitioſas cerimonias Gregorij, indoctas & impias nugas Innocentij. Breuiter hæreticum ac blaſphemum & plane Antichriſtianum eſſe, quicquid uſquam aut unquā à quocunq; dictum aut ſcriptum eſt pro iure, autoritate, honore aut cōmendatione ſedis Apoſtolicæ. ¶ Hic rugit leo quis non timebit, hic diſerti ſunt rhetorculi, hic cantillāt et pgræcātur poëtæ, hic græcizāt et hebraizāt Lutherini Theologi, huc uocant omnia conuiciorū agmina, huc dirigunt bene ſuffarcinatas deprauatarum allegationum acies, hic miſcent cateruatim falſa ueris, hic flagellant ſanguinarijs loris Romanam auaritiam, hic exprobrant neſcio quot centena Milia aureorum annui tributi, hic execrantur Papæ luxum, opes, regnū, hic pro aſſerenda Lutherica libertate inuocant & obteſtantur Principes & Nobiles Germaniæ, ut Papam, tanquam uerum & ultimum Antichriſtum, ſimul cum omnibus Cardinalibus, Epiſcopis, preſbyteris, Monachisq; & uniuerſo clero, infeſtis aggrediuntur ſignis, oībus armis expetāt, & manus ſuas in ſanguine iſtorū (lauēt. ¶ Ad has & id genus plurimas Luthericorū Barrabarum uoces, queſtus, crepitusq; inſurgunt ani

Sceleratū bellum Lutheranorū

Tumultus Luthericus Pſal. 2.

mis Oſæi fratres, fremunt gentes, meditantur inania populi. Tū certe audias, paſſim in ſacerdotes & Monachos ſtridere dentibus Titanas, toruo aſpectu Vah dicere Cētauros, multa minari Lapithas, opprobrare Parſthanſios, inſultare pauperes Cōrados, exprobrare nobis ignorantiā ſcripturarū Cerdones, arrogare ſibi ſcientiā Euāgelicæ & Paulinæ doctrinæ fullones, prædicare pro roſtris & cōcionibus opifices, diſputare de ſacris literis mulierculas, breuiter unā eſſe totius Luthericæ colluuiei ſententiā, Antichriſtū eſſe Papā, nihil ſcire de rebus & literis ſacris Cardinales et Epiſcopos, nihil ſacerdotes & Monachos, nihil Vniuerſitates, Erraſſe concilia, nihil eſſe præcepta Eccleſiæ, nihil ſacros Canones, nihil Ro. Pontificū Decreta, nihil feſta, nihil ieiunia, nihil Miſſarum ſolennia & ſacrificia, nihil ſacros ordīes, inique dānatos eſſe Huſſitas, unū Lutherū ſentire melius q̄ oēs Ro. Ec. Doctores patreſq; ſāctos. Seditioſa eorum dogmata contra Principes.

¶ Iā ne hoc quidē ſatis eſt iſtis ſcelerū & impietatū ī cētoribus, traduxiſſe & īuiſos rudi & nouarū rerū cupido plebeiæ fecis populo reddidiſſe Papā, Epiſcopos, preſbiteros. Monachos, & oēs ſacri miniſterij Ordines ſimul cū uniuerſis Chriſtianæ Religionis ceremonijs, inſtitutis, ordinationibus ritibusq; ſacris, ſed & Principes noſtros, tanq̄ fautores Romani Idoli (ita n. uocāt nō raro papā) apd plebē ſuggillare ſunt auſi. Celebrātur itaq; in Luthericis lectionibus cōcilijsq; et cōuenticulis hæc Lutheri dogmata, Nullo iure conſtitui ſuper nos leges. Neminē habere poteſtatē captiuādæ noſtræ (libertatis. Lu. de cap. babyl.

Neq; Papam, neq; Epiſcopum neq; ullum hominem ha bere ius unius ſyllabæ conſtituendæ ſuper Chriſtianũ hominem, niſi id fiat eiuſdem conſenſu. Quicquid aliter fit, tyrannico ſpiritu fieri. Nullam Rempublicam legibus fœliciter adminiſtrari. Si prudens ſit Magiſtratus, ductu naturæ omnia fœlicius adminiſtrari quàm legibus. Breuiter, Nullam remedij ſpem eſſe, niſi reuocato libertatis Euangelio, ſecundum ipſum, extinctis ſemel omnibus omnium hominum legibus, omnia iudicemus & regamus. Hic erigunt criſtas & caudas galli Lutherici, ut murmurent contra leges & iudicia, ut diſturbent conſiſtoria & tribunalia, ut denegent redditus cenſusq; et penſiones annuas, ut iugum excutiãt à tributis et uectigalibus, ut ſic ex Lutheri præſcripto reddatur eis libertas Chriſtiana, hoc eſt, omnium ſcelerum & impietatum licentia.

Galli Lutherici erigũt criſtas

¶ Hinc factus audacior Lutherus, non ueritus eſt etiam ſupremam omnis Principatus totiusq; Imperij Maieſtatem ſuggillationibus minime obſcuris perſtringere, taxare, cauillari, arrodere, modo latine, modo Teuthonice, ſed omiſſis hic Teuthonicis eius cauillis, multis quidem illis & acribus, præſertim in minutula ad nobilitatem appendice, ex latinis nonnihil referre libet. Ita ſanè ſcribit in Catharinum: Papæ Tyrannis mox cœpit, inclinante Imperio Ro. Sed & de Imperio (inquit) & in Ro. Imperio nata eſt, eiq; in ſuo loco ſucceſſit. Tranſlatum eſt autẽ

Suggillator Impij Lutherus.

Luth. in Catha.

ad

ad Germanos Ro.Imperij uocabulum, cum res iam nul la Imperij amplius eſſet. Tanquam uero parua ſit iniuria, ex Ro.Imperio facere, partim Tyrannidem (ut uocat) Papæ, partim merum inane uocabulum, addit longe grauiorem contumeliam. Nouum (inquit) Imperium Romanum erexit Papa, transferẽs illud à Græcis, ut dicit, ad Germanos, quod inter cætera opera Antichriſti uel principale et maximum portentum eſt. ¶ Ecce Germania, quod tu ſacrum uocas Imperium, iſte cucullatus ſpurius tuus portentum dicit Antichriſti, & quidem principale & maximũ. O egregiam, Mater, diſſimulationem, patientiamq́; & indulgentiam tuam, uſq; adeo diuturnam. Quid mirum igitur, ſi ex iſti tua, longanimitate dicam an conniuentia? uſq; adeo inſoleſcat indies magis ac magis deploratus & expes iſte Cucullifer, immo furcifer: ut iam, abiecto omni & timore & pudore, etiam in Cæſarem ipſum, nunc procul à nobis diſtantem & abſentẽ atq; in alios quoq; Germaniæ Prĩcipes generaliter, ſcelerata & ſeditioſa calumnia, in gratiam latrocinantium Centaurorum temulentorumq; Lapitharum ſuorũ debacchetur ſcriptis in publicum æditis, ut bellum plus quã ciuile tuis in uiſceribus tandem exuſcitet? Quoties uocat eos oppreſſores uerbi dei, aduerſarios Euangelij, adulatores Papæ, cultores & adoratores Antichriſti, tyrannos & uiolatores Chriſtianæ libertatis.

Nimia patientia Principũ

Inſolentia Lutheri cõtra Principes

nias

Longum profecto eſſet, ſingulas eius iniurias & calũnias in Principes & Epiſcopos noſtros, ex diuerſis libellis famoſis & Teuthonice ſcriptis, ex eis maxime quos hoc anno ædidit, cõmemorare. ¶ Itaq; ut breuis ſim, unicũ eius dictũ, quod Latine, cõtra Regẽ Angliæ ſempiterna memoria & laude dignum, ſcripturus, ſcripſit ad Bohemicum Schlik in epiſtola præliminari. Apparui ego (inquit) iã tercio corã eis. Deniq; Vuormaciã ingreſſus ſum, etiam cũ ſcirẽ, mihi uiolatã eſſe à Cæſare fidẽ publicã, Nã didicerunt Principes Germaniæ, olim de fide laudatiſſimæ gentis, nunc in obſequiũ Idoli Ro. nihil magis quã fidẽ contẽnere, in perpetuã nationis ignominiã. Hæc ibi Luth. publice, ex infami et execrabili ſcelerũ et blaſphemiarũ officina ſua, triobolari ſcilicet atq; hæreſibus tantum nobili Vuittenberga. Tu certe uideris, Mater, quæ ſerpentẽ iſtũ in gremio tuo tã diu fouiſti, quid egeris, et quid agas.

Calumnia eius de fide publica

Infamis et Triobolaris Vuittenberga

Periculum in mora.

¶ Ego profecto nihil uſq; adeo nunc metuo (quæ mea eſt in patriã pietas et ſollicitudo) niſi ne ſerpẽtina iſta ſoboles, per diuturnã expectationẽ et tolerantiã tuã aucta et multiplicata tũ numero tũ uiribus, per ſummũ ſcelus turbatis et eroſis uiſceribus tuis, erumpat propediẽ in grauiſſimã aliquã totius nationis noſtræ cladẽ. Quid n. aliud augurari miſer queã in tanto armorũ tumultu? Certe niſi diuina Clementia ſingulari nos gratia placidoq; propitij numinis uultu reſpexerit, magnopẽ timẽdũ eſt nobis, ne in maximũ malũ euadat iſta cõmotio, dum ſic belligerantur Principes,

diſſident ordines, murmuratq; obærata turba Lutheriſchorũ. Deus Opt. Max. dignetur pro infinita ſua miſericordia, iſta peccata noſtra condonare antiquæ noſtrorum fidei pietatiq; maiorũ, Amen.

Quod ſi interroges Lutherũ ſociosq; eius, quidnã adeo graue iniuſtumue aut cõtumelioſum: propter qđ tanta rabie incendere atq; extimulare merito debeat inquietos animos obæratæ plebis aliorumq;, ex rapto uſuriſue aut quacunq; iniquitate uiuentiũ: paſſus ſit à Papa, ab Epiſcopis, à Preſbyteris, à Monachis, ab Vniuerſitatibus, à Principibus, ab ipſo deniq; Cæſare ſacroq; Imperio Romano, ut ſeipſo ſaltẽ iudice, iure uideatur hos omnes, abſq; ullo diſcrimine, tot conuicijs, iiurijs, calũnijs uocibusq; ſedicioſis et ſanguinarijs, publice per oẽs prouincias tot æditis libris famoſis ſic ꝓclamare, atq; traducere ad ĩanes fabulas riſusq; et detractiões populorũ, ignobiliſq; et temere iudicãtis uulgi. Vnde nimirũ exorta ſunt et uenerũt ſcãdala et peccata, maxĩa ſane et grauiſſima, et ea quidẽ ſinẽ nũero et ſine modo. Quid hic obſecro uerius reſpondeãt oẽs Cicerones et Domeſthenes, quã breuiſſimũ illud Comici Poëtæ, Mala mẽs malus animus? Ipſe n. neq; raro neq; obſcure de hac ſua malicia gloriatur, ꝙ ſcilicet promouerit malũ, qđ nullus Regũ promouere potuiſſet. Sic n. ante tres plus minus annos iactãter ſcripſit in altera ad Leonẽ Papã. x. epiſtola: Fœtet, inquit, hodie nomẽ Ro. Curiæ in orbe, et languet Papalis autoritas, famoſa inſcitia male audit.

Summa iniquitas Lutheri.

Mala mens malus animus Terentij

Luth. in epiſtola ad Leonem. x

Et mihi nuper uehementer iratus, q̃ nondum eſſem ar
mis eius aut ſaltem a ſcribendo deterritus, grandiſona
reſpondit iactantia, Papa ſentit uulnus, Papiſtæ querũ
tur ſuum caſum, & undiq; plurima mortis imago, &
ille (inquit) negat mihi eſſe arma &c.

Ingratitudo Lutheri In Rom. Pont.

Qu ãta autem ſit ipſius, contra omnes illos, quibus uſ=
q; adeo iniurius eſt & infeſtus, iniquitas, malicia, ſce=
lus & ingratitudo, paucis per ſingulos ex ordine com
memorabo. Itaq; ut à Papa incipiã, fatetur Lutherus
in priori ad Leonem x. epiſtola, ſe unum autoritate
ipſius Apoſtolica Magiſtrum Theologiæ, ius habere,
in publica ſchola diſputãdi, pro more omnium Vniuer
ſitatum & totius Eccleſiæ. Quid uero huic illius bene=
ficio retribuit? Quicquid potuit mali. Quid n. omiſit?
quid nõ attentauit ſedicioſiſſime? fatetur deinde in al=
tera ad eundem epiſtola, illum tam inſigni eſſe innocẽ
tia, ut recte appellaretur Daniel in babylone, Tam ce=
lebrem, ſcilicet, & auguſtã eſſe in omni terrarum or=
be, eius opinionem & uitæ inculpatæ famam, ut à nul
lo poſſit quauis arte impeti. Hæc ſcripſit perfidus iſte
adulator intra hoc triẽnium. Cum & antea & poſtea
innumeris conuicijs, calumnijsq; & omnis generis in=
iurijs furioſiſſime inceſſerit illum ipſum, cui ſic aſſen=
tabatur hic, Pontificem, in diuerſis latine ac Teuthoni
ce æditis libellis. ¶ Et ego Vuormaciæ, cum impuden
tiſſime diceret coram Archiepiſcopo Treuereſi, nemi=
nem ſe

nē ſe tetigiſſe nominatim:protinus redarguendo ſub-iunxi,inſpice ſaltem appellationem tuam, in qua nominatim Leonem.x.*uocas* Hæreticum,Apoſtatam,*infidelem*,Tyrannum *&c.*Hic *impudens blaterator, ne penitus obmuteſceret,reſpondit*,Leonem.x.*eſſe(uiuebat.n. adhuc)perſonam publicam,non priuatam*. Hoc *unum ſupererat ei effugium,ſed reuera nimis ſtolidū, & impudentia eius dignum.*Nihil *n.reliquum erat ei,quod reſponderet,cum dicerem ego:* Maiorem *eſſe iniuriam quæ fit in perſonam publicam,quā quæ in priuatam.* Vides *ne igitur,*Germania, *quam æquus & gratus fuerit in* Leonem Papam.x.*impius iſte* Saxobohemus?

¶Quid *uero commiſerunt in eum*,Gregorij,Innocentij,Adriani,Iohannes,Benedicti,*& cæteri,quos omnes & Antichriſtos & Tyrannos uocat, ab inclinatione uſq; Imperij* Roma. Immo *uero, ſi bene conſyderes uerba eius, nullus unquam fuit,eius ſententia, bonus* Catholicæ *&* Apoſtolicæ Eccleſiæ *Antiſtes*.Hæc *enim eius ſunt uerba,in librum* Catharini. Sic *profecit (inquit)regnum* Antichriſti Romani. Quod *ſtatim* Apoſtolorum *etiam tempore cœptum eſt,operibus niti.* Deinde,*quibusdam* Cerimonijs *ornata eſt* Eccleſia, *ſicuti uocant.*Tandem *eas omnes* Ro.Pontifex *conſarcinauit, & oppreſſa libertate eas conuertit in rigidiſſimas leges.*Hæc *ipſe,& his ſimilia,haud ita pauca ſubminiſtrāt ſatellites eius,quos his conſulto prætereo,ut*

Iniurius in omnes Ro. Ponti.

Luth.*in* Catha.*de uiſione* Daniel.

C ſim

Indigne presbyter factus Luthe.

ſim breuis. Audi ergo breuiter, quidnam mali ab alijs, in quos furit & inuehitur, ſit paſſus. Epiſcopi profecto nihil peccauerunt in eum, niſi forte peccatum putet ipſe, quod ex prophano & laico euexerunt eum per omnes ordines ſacros ad presbyteratum uſq;. Quod ſi tulerit forſitan indigne, non etiam Epiſcopatus dignitatem ſibi ſtatim collatam eſſe, meminiſſe debuit ingratus Apoſtata, ſibi ne ad presbyteratum quidem ſatis tum ætatis fuiſſe, quando tot ab Epiſcopis eſt ſublimatus indigne & infœliciter honoribus. Ipſe enim ætate me maior non eſt, niſi forte uno aut altero anno, & tamen contentus fui ego tum primum presbyterij honore inſigniri Romæ, quando Lutherus iā multorū annorū presbyter, hæreſes ſuas diſſeminare & euulgare cœpiſſet. Sed & diuus Hieronymus, cui utiq; nō potuiſſet Lutherus aquam ne matellā quidā digne porrigere, etiā nonagenarius presbyterij honore contentus fuit, ſatis igitur ſuperq; ſatis honorum pro meritis & ætate collatum fuit Luthero ab Epiſcopis: quibus nunc tot ignominias criminationeſq; & calumnias, minarum ſedicionumq; & blaſphemiarum plenis libris, retribuit.

Quid uero iniuriarum paſſus ſit à presbyteris: in quos tantopere & exacerbat animos, & impellit manus, ut auidæ fiant & ſanguinariæ, laicorum: ne ipſe quidem dicere poteſt. Niſi forte obijciat mihi fortem & eru-

ditum

ditum preſbyterum Hieronymum Emſerum, mihi qui ducem & magiſtrum belli huius, Luthero autem in literis olim piū et fidelē præceptorē, qui iam per quadrienniū ſatis pertinax & moleſtus fuit ei aduerſarius: quo nō alius cōfudit et cōuicit eū aut ſequētius aut manifeſtius, tot æditis Teuthonice libellis: uir ſanè, ut animo conſtans & ad omne periculum intrepidus, ita & multiformi lectione atq; expientia eruditus egregie, nec minus latine quam Theutonice diſertus elegās q; ſtilo. Non dubito equidem, quin uolente & iubente Deo uenerit in hoc certamē uir ille. Conſtat nihiloſecius manifeſtiſſime, Lutherum prius aggreſſum eſſe, illum iniurioſiſſimo uenationis (ut inſcripſit) libello, ſed repulit improbum & contumelioſum iſtum uenatorē confeſtim animoſus ille Capricornus, ita ſane uiriliter fortiterq;, ædito mox latinæ defenſionis libro, ut cucullatus iſte uenator effeminato & præfracto animo, intra .xx. Menſes, non fuerit auſus illum denuo inuadere. Quo certe ſilentio ſuo, ita meum a ſe tum protinus alienauit animum, ut maxime fuerit mihi deinceps omnis eius conatus & ſuſpectus & deteſtabilis, cum ad eam diem parum curaſſē, qualia eſſēt eius ſcripta.

Hierony. Emſer.

Venatorē repulit capricornus.

¶ Obiecerat aūt ei ſua in defenſiōe Emſerus, quod Lipſiæ cum Eccio diſputaturus: dum rogaretur à Principis conſiliarijs, ut modeſte ageret omnia, ne quod

Sceleratū uerbum Lutheri.

ſcandalum daret infirmis:reſponderit proteruo & ira to animo præceps, Rem illam neq; propter deum ince ptam, neq; propter deum finiendam eſſe. Ad hanc gra uiſſimam ſane notam tacuit rea conſcientia Lutherus adeo patienter, ut uix tandem poſt .xx. menſes, urgen te infamia & amicorum inſtantia, eam notam Teutho nice per ineptas & ludificatorias exclamationes rhe torico fuco diluere, aut ſaltem obducere tentauerit. Sed ita repulit eam reſponſionem continuo Emſerus, tum proprio eius Chirographo, tum teſtibus plurimis atq; grauiſſimis, ut iam non ſolum in ſua conſcientia, ſed eti am in hominũ opinione, de nota illa conuictus & con feſſus appareat. Hæc eſt forſitan tot eius irarũ in pre ſbyteros cauſa. ¶ Quid autem paſſus ſit a Monachis, apud quos in cucullo cõuerſatus eſt circiter annos, ut ipſe fatetur, ſedecim, neſcio equidem: nullas enim legi, quas recenſeat, ab illis ſibi illatas iniurias. Audiui autẽ crebrius, nuſquã ſatis pacifice uixiſſe eum: ſed neq; Ro mã, priuſquã ulla de hæreſi ſuſpectus aut diffamatus eſ ſet, pacis gratia iuit. Quo tempore ſatis graui diſcor dia laborabatur in monaſterijs ordinis eius. Et probe adhuc memini, fœlicis memoriæ Antoniũ Creſſum, cu ius morte nihil unquam acerbius aut luctuoſius fuit mihi, atq; adeo uniuerſæ prope ciuitati Nurenbergen ſi: arbitrum aut iudicem in ea lite componenda quan doq; fuiſſe, quando Lutherus ne nomine quidem adhuc

In Monaſterio Litigioſus Lutherus.

Præpoſitꝰ Laurentij nurẽbergæ

notus

notus erat mihi. Audiui uero à fratribus eius, cū a ſe-
ptē monaſterijs, quibus tū cōtra alios fratres adhæſe-
rat, ad Staupiciū ſuū defeciſſe. Sed qd hæc ad me, uel ad
rē iſtā? Nihil ſanè, niſi ut ex ijs argumētis minus dubi
tes Germania de mala mēte, & īgrato atq; īquieto aīo
factioſiſſimi huius Cuculli. ¶ De cuius odio in Mona-
chos uel una et uulgaris illa cauſa ſuffecerit, ꝙ omnis
Apoſtata perſequutor eſt ſui Ordinis. Libet hic ſanè
referre, quæ hoc anno ad me uir doctus & integer ex
prouincia illa ſcripſit. Hæc autem ſunt eius uerba. Lu-
therus (ut noui aliquid addam) ad monaſterium Moni
alium in Yſenberg Numburgenſis Dioceſis nuper ue-
niens, chorum puellarum uenenato ſermone pellexit
ad egreſſum monaſterij. Cur n. hic animam & corpus
in traditiunculis perditis humanis? Quin potius ad mā
datum domini creſcitis & multiplicamini prole. His di
ctis conſpicatus aliquam ex eis forma præcipuam, ſum
mam aliquam florenorum in pectoris ſinum iniecit.
His aureis (inquit) o formoſa puella uirum tibi deſpon
de. At illa pecuniam illi mox referens: Ego, inquit, Do-
minum meum Ieſum Chriſtum dudum deſpondi, à quo
me nullus unquam Apoſtata auellet. Confuſus Luter.
triſtis & mutus abijt. Hæc ex Epiſtola amici mei &
quidem fideliſſimi.

Omnis Apoſtata ordinis ſui perſequutor

Pecunia à Luth. cuidā Moniali data in dotē.

Quod uero in Vniuerſitates tot maledictis inuehitur,
nō ab re eſt (ut arbitror) omnino. Quia nulla ex omni

Odium Luthe. in Vniuerſitates.

bus per totũ orbẽ terrarũ, nõ ſolũ per oẽm Germaniã adhuc inuenta eſt, neq; ab ipſo, neq; a tot emiſſarijs & ſatellitibus eius, quæ maniſeſte tot eius errores uelit

Apoc. 2. approbare, niſi forte Triobolarem Vuittenbergam, ubi ſedes eſt Satanæ, quis dignam putet, ut excipiatur. Mihi uero minime digna uidetur, ut inter Vniuerſitates deinceps commemoretur. Quis .n. nunc Pragensẽ Vniuerſitatem, quæ quondam Scholaſticorum frequẽtia poſt Pariſiensẽ, omnium fuit (ni fallat hiſtoria) celeberrima, cæteris commemoret? Cum uero celebriores & primariæ (præſertim quo ad rem Theologicã) ex cunctis Vniuerſitatibus, publicis determinatiõibus æditisq; etiam libris tot hæreſes & ſcandala impij huius Huſſoſophiſtæ, ſolẽniter & legitime damnauerint, nemo certe mirari debet, quod mordaciſſimus & facillime irritabilis iſte crabro, cunctis conuiciorum aculeis eas pungit et infeſtat. Conſydera autem tu optima Parens, quam dedecoroſum ſit futurum & pietati & noĩ tuo, ſi patiaris diutius, tot leues & apud ſeipſos tantũ ſapientes ſciolos tuorum, poſt Pontificis Cæſarisq; & oĩm Epiſcoporũ Vniuerſitatumq; ſententiã, currere poſt unum iſtum uſq; adeo conuictum & confuſum Apoſtatam, in omne ſcelus animarumq; interitum. Quæ obſecro Mater tã diu ſinat tot aĩas filiorũ ſuorum perire, ſi corrigendo conſeruare queat? Quin rumpis igitur nimis pernicioſæ indulgentiæ moram.

Simili

Similiter habere ſibi uidetur aliqd cauſæ aduerſus Pricipes noſtros, quos cum diu fruſtra lactaſſet falſo uerbi dei prætextu & inani allegationum fuco, ut ſic eos animaret ad ſcelera, quæ die noctuq; contra omnē clerū cogitat, intendit, ſpirat et anhelat: Tandē, ubi uidit pectora eorum ſic eſſe auita religione imbuta & confirmata, ut nullis cōuiciorum calumniarūq; ac falſarū allegationum arietibus labefactari, aut à Maiorum ſuorum fide dimoueri queant, cœpit eos paulatim perſtringere, nunc de adulatorio fauore erga Papam, nūc de crudelitate ī filias Monaſterijs abditas, et poſtremū plenis buccis intonat iā ad populares, contra leges, cēſus, tributa, uectigalia & quaſlibet angarias: ut ſi nihil queat efficere doloſo Euangelij & Pauli prætextu, ſaltē audacibus & populo inquietiori gratis contra exactiones calumnijs ac Rhetoricis exclamationibus, excitet tādē murmur populi Gomorræ, ſeditionēq; turbulētorum Barrabarum, conſpirātiumq; in capita & bona optimatū Catilinarum. Hæ ſunt artes huius Gracchi Cucullati, Quē ſi audieris diutius Germania, non magis quietum hēbis Imperij ac Reipublicæ ſtatū, quā habuit olim Roma, concionantibus in foro nobiliſſimis alioqui, Tiberio & C.Gracchis.

Cauſa odij Luth. contra Principes.

Cucullatus Gracchus

Sed & in Cæſarem ſatis iuſtam ſibi putat eſſe cauſam cauillandi magnus iſte hominum & Angelorum (ut gloriatur Teuthonice) Iudex. Quid ita?

Cauſa odij Luthe. in Cæſarē

Quia cum neſcio quibus artibus impetratum fuiſſet à Cæſare, ut ſaluo conductu poſſet Vuormaciam uenire Antipapa iſte Saxonicus, tanta ſpe continuo imple- bantur corda Lutheranorum, ut præcurrente iam de aduentu eius fama, hic pro ſumma certitudine affirma ret (& me & nonnullis alijs in conuiuio quodam cõſe dentibus) Neſenus, Nihil omnino fore piculi rebus Lu thericis, ſi modo ſemel permitteretur Luthero pro ſe loqui apud Principes. ¶ Vt uero adueniret auguſtior & maiori cum admiratione populi nouus iſte Deus, paratum eſt ei carpentum quadrigarium, additi præ- ter caduceatorem equites, & ultra miniſtros aſſum- pti etiam Comites inter Lutheranos literis & autori tate nobiles. Adueniente itaq; illo, tam effuſo exci- piebatur ubiq; Lutheranorum gaudio currus eius, ut ille tacitus apud ſe cogitaret, illud nimirum Apo- ſtoli, Sicut angelum dei excepiſtis me ſicut Chriſtum Ieſum. Quid alibi factum ſit, neſcio. Hic certe in longã uſq; noctem egregio commeſſationũ compotationum que ſtudio,

Antipapa Saxonicus — *Carpentũ Luther*

Aulai in medio libabant pocula Baccho

Bacchus Saxonicus — *Virg. I. Aenei.*

huic ſaxonico. Atq; ut plenius eſſet omnium tripudiũ, accitum puerum, qui organo canebat, pauliſper mo- uit Bacchus ipſe, læticiæ dator, atque tactis chordis inter cantillans, Cucullo depoſito male crinitus ipſe, crinitum imitabatur Ioppam, Virgiliani conuiuij

Citha

Citharœdum illum uetuſtiſsimum. Tandem, ut Vuormaciam curru & equis ingreſſus eſt, bene longum ceci nit ei neſcio quis Eurytius iubilum, in quo hæc inſunt carmina Baccho iſti ſacrata. Iubilum Lutheri

Surgite iucundo feſtiui ſurgite plauſu.
Vnanimiq; omnes effundite iubila uoce.
Scilicet ille dei ſupra legatus ab arce.
Aſſertor fidei uindexq; Propheta Lutherus.
Aduenit, objectis egreſſi occurrite ramis.
Spargite decerptas per compita ſpargite frondes.
Et quoſcunq; uirens iam profert annus honores.

Tũ certe ſupra omnium pauonum ſpecula oculosq; Argo ios placebat ſibi Lutherus. Nemini fas erat alloqui Bacchum iſtum, niſi bacchantibus Lutheranis. Indigni uidebantur oraculo eius legatus Pontificis Cæſarisq; ab altiſsimis ſecretis. ¶ Altero autem die interrogatus de libris ſuis, ſtatĩ oĩbus palam fecit, ſe neq; Chriſti neq; Pauli diſcipulum eſſe. Ait .n. Chriſtus diſcipulis ſuis: Ad Reges & præſides ducemini propter me. Cum autem tradent uos, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini. Dabitur .n. uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis. Lutherus autem mox ad primã interrogationẽ dubius aut anxius factus, petijt deliberandi ſpacium. Quid ita? Quia non ſpiritus Chriſti ſed ſpiritus Lutheranorum, qui bonis inhiabãt

Lutherus coram Cæſare

Matth. 10

Clericorum, dabat ei loqui, non audebant autem tunc palam loqui, quid ſpiritus eorum diceret Eccleſiis, ideo miſer Lutherus, ſpiritu ſuo corā Cæſare deſtitutus, attonito ſimilis, impetrato ex innata Cæſaris Clemētia deliberandi ſpacio diſceſſit. Animatus deinde Lutheranorum ſpiritu per eam noctem, rediit altero die. Et ſpiritui ſuorum obediens, ita reſpondit procaciter, ut Cæſar confeſtim altero die dignam illius contumacia atq; impietate ſententiam tulerit, manibusq; proprijs totam perſcripſerit. De qua nihil opus eſt hic referre, cum per omnes prouincias & urbes promulgatis Edictis, & quidem ſeueriſsimis, declaratum iam pridē ſit, quod Saxonico huic Heliæ non aliud inſigne debeatur ad triumphandum quam currus igneus. ¶ Quid mirū igitur, ſi Numen Cucullicum huius Liberi Patris, parū ſit inde propicium Cæſari, qui in tanta gloria uenientem, uſq; adeo inglorium abire coegit. O quantus erat tunc fremitus gentium Lutheranorum, quanta doli, machinarumq; ac inſidiarum meditatio, quanta fingendi mētiendiq; calliditas. Redeunti Cæſar pro ſaluo cōductu reddidit eundem caduceatorem, quem uenienti dederat. ¶ Ille uero nondum dimidium itineris emenſus, à ſe dimittit retro caduceatorem, ac mox poſt biduum aut triduum intercipitur à ſubornatis equitibus Lutherus, atq; abditur aliquantiſper in loco tuto. Interim rumor uanus & ſcelerata machinatione confictus, complet omnia, uolat fama de intercepto & interfecto Luthero, diſcurrūt nuncij hac illac, mittūtur literæ fictæ

Numen cucullicum.

Sceleratum ſigmentum Luthe.

ciæ Vuormaciā, præter paucißimos nemo intelligebat figmentū. Itaq; niſi Deus tunc ſingulari nos protexiſſet Clementia, credo equidē talem eo dolo ſeditionē excitari potuiſſe, in qua Cæſar ipſe ſimul cū omnibus Epiſcopis & Clericis, furore populi ſæuiciaq; Lutheranorum ad necē rapiendi erant. Longe. n. plures & feruidiores erant tū Lutherani, quā ſunt modo, dū populus conuicia, calūnias, ſcelera, & impietates Lutheri minus quā nūc cognita haberet. Quoniam uero figmētum illud non diu potuit latere aut fallere, non licuit Luthero cōqueri in quamlibet ſediciosis libris ſuis, uiolatam ſibi eſſe ea interceptione fidem publicam. Quia tamen peßime uult Cæſari Optimo, fingit nunc, uiolatā eſſe ſibi ab eo fidē publicam, antequā ſit Vuormaciā ingreßus. Quouſq; igitur tolerabis Germania, in perpetuū nationis noſtræ ignominiā, funeſtiſſimū ſedicioſiſſimūq; calumniatorē iſtū, qui tot modis reus eſt læſæ Maieſtatis? Certe nō ſolū uiuorū, ſed & mortuorū noīe, iuſtiſſime poßunt Lutherus & cōplices eius, Læſæ Maieſtatis crimine accuſari et conuinci. Nā oībus retro Principibus & imperatoribus Chriſtianis, maxīe uero francis & Germanis, confictis & famoſis libris ſuis iniurias & calūnias irrogāt, & quidē ſumma cū īgratitudine et impietate, qa nihil oīno ab illis læſi, ſed plurimis beneficijs adiuti, propter unā Sedem Apoſtolicā, quā fatua & inani uerborū Gigantomachia expugnare moliūtur, peßime ſcribūt de optimis et

Reus Læſæ Maieſtatis

Impietas Luth. in Principes mortuos.

reli

religioſiſſimis quibusq; Imperatoribus et Principibus, qui ullo beneficio aut honore proſequuti ſunt Rom. Pontifices, aut qui eis contra quoſcunq; Hæreticos aſſi terũt & abhæſerunt fide, corde, ore, manu, brachio po tentiæ, executioniſq; effectu. ¶ Hinc omnis Luthera nis anſa calumniandi pia & egregia illorum geſta ſu mitur, tanta quidem cum impudentia, ut in ijs præci pue uituperent eos, in quibus maxime laudantur per omnes hiſtorias. Idcirco plurimum nunc, ut nunquam alias, placet mihi Epitaphium illud, quod in Ariſtote lis uita recitari ſolet: Aram Ariſtoteles fundauit hanc Platonis, uiri quẽ non eſt conueniens malis laudari. Quid ita? quia Platonem uirum optimum non con ueniebat laudari à malis. Ita certe & optimos ac pi entiſſimos Principes, minime poſſunt uere & ex animo laudare ſceleſtiſſimi et impijſſimi ſeditionum hæreſum q; duces & incentores. ¶ Quo fit, ut nullus Principũ Chriſtianorum, quem ſerio laudant Lutherani, mihi uideatur immunis ab hæreſi, ſacrilegio, aut quacunq; impietate notoria. Contra uero cuncti, quos illi uitu perant, ſummam religioſæ & catholicæ pietatis lau dem meruiſſe putandi ſunt. Quid n. laudent impij iſti ni ſi ſui ſimiles, impietate ſcilicet aut hæreſi aut ſacri lega tyrannide nobiles? Quemadmodum. n. Deo, qui ſumme pius eſt, ſimiliter odio ſunt (ut ait ſcriptura) im pius & impietas eius: ita è cõuerſo Lutheranis, qui ſum me

Optimos non eſt con ueniens laudari à malis

Suſpicioſũ laudari à Luthera.

me ſupra omnes hæreticos impij ſunt, odio ſunt Principes pij, & religioſa in ſacerdotes pietas eorum.

¶ Quod autem poßit eſſe grauius & læſæ maieſtatis in Principes, & ſceleratæ proditionis in patriam, crimen: quam toties ſcribere & diſſeminare in publicum coram ciuibus iuxta & coram hoſtibus, Papam multis retro ſeculis uerum fuiſſe & hodie adhuc eſſe Antichriſtum, de quo Chriſtus, Paulus & omnis ſcriptura loquatur? Nā ſi hoc uerum eſſet, nullus unquam Principum Germaniæ fuiſſet Catholicus, neq; ullus Germaniæ populus uere Chriſtianus & orthodoxus. Niſi forte inſaniſſima impietate dicamus eos eſſe uere Catholicos, Chriſtianos & orthodoxos, qui cõmunicant & conſentiunt in fide & religione, immo in perfidia & omnium ſuperſtitionum hæreſumq; impietate uero Antichriſto. Nemo certe ex omnibus Germaniæ Chriſtianis Principibus, non communicauit & conſenſit in fide & religione Ro. Pontifici. Iidem dico de omnibus populis noſtris, quotquot in Chriſtum crediderunt & hodie credunt. ¶ Quid igitur? Adeo ne hoſtili & proditoria debemus ī uniuerſam patriā noſtrā eſſe animo, ut in gratiam Lutheranorum, dicamus & credamus nos & omnes maiores noſtros æternaliter damnari, tanquam falſos Chriſtianos, qui crediderint, communicauerint, & conſenſerint Antichriſto (ut loquuntur ipſi) Romano? Ecce quo præcipitat impium in Rom.

Quantum crimen dicere Papā Antichriſtum

Proditores patriæ Lutherani

Ponti

Pontifices odiũ cæcos & temerarios Lutheranos: ut iu ſto dei iudicio, ex proprijs uerbis ſuis conuincãtur eſſe ſceleratiſſimi & impijſſimi omniũ, qui unquã fuerũt in orbe terrarum patriæ ſuæ proditores: Qui dum ex Ro. Pontifice, cæca ira & ſtulto figmento, faciunt Antichriſtũ, totã patriã ſuam produnt Diabolo, atq; oẽs Maiores ſuos, quotquot in Chriſtũ crediderunt, tradũt Satanæ in barathrũ dãnatiõis æternæ. O egregios Ro. Pon. debellatores, & ſedis Apoſtolicæ expugnatores. Sed & illud eis iuſto dei iudicio accidit, quod in fingendo Antichriſto Ro. neq; cum hiſtorijs neq; cum ſcripturis, & qđ turpiſſimũ eſt, neq; cũ ſeipſis conueniunt, ita ut ueriſſime de ipſis dixerit Eſaias: Impij autem quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt. Et redundant fluctus eius in conculcationẽ & lutũ. Non eſt pax impijs dicit dominus deus. Sic. n. feruent odio in Ro. Pontifices ſtulti Lutherani, ut neq; tẽporis neq; perſonæ neq; rei ullum habeant reſpectũ: ſed ſatis eſſe putant, ꝙ iracundia plusquã puerili fatue per conuicium dicere auſint: Papa eſt Antichriſtus eſt, idolũ, eſt abominatio in loco ſancto. Sic. n. gloriatur Dux ſceleris Lutherus ipſe, ad Cucullatos fratres ſuos Vuittenbergenſes: Vt auderem (inquit) unus contradicere Papæ, & credere eũ eſſe Antichriſtũ, Epiſcopos eius eſſe Apoſtolos, Academias eſſe eius lupanaria. Hæc iſte per irã audax bellator, qui haud ita diu antea ſcripſerat adulatiõe pluſquã paraſitica, ſupra omnes, quãlibet fraudulentas Eu

Impij ſunt mare feruens. Eſa. 57.

Puerorum inſtat mobilis aĩo Lutherus. Luth. de abrog. miſſa.

nuchorũ & Meretricũ blãdicias, ad Leonẽ Papam. x. in hæc ſane uerba: Quare Beatiſſime Pater, proſtratũ me pedibus tuæ Beatitudinis offero, cũ omnibus quæ ſunt & habeo. Viuifica, occide: uoca, reuoca: approba, reproba: ut placuerit. Vocẽ tuã, uocẽ Chriſti in te præſidentis et loquentis agnoſcã. Si mortẽ merui, mori nõ recuſabo. Quid his obſecro uerbis uel blandius uel effœminatius dici queat? Videſne iã Germania, qualis ſit iſte Ro. Antichriſti debellator? Quãdo tandẽ pudebit pigebitq; te Saxonici huius Heliæ, qui ſic debellat Antichriſtum?

Neſciunt profecto Antichriſtiani bellatores iſti, neq; à quo tẽpore neq; à qua perſona incipiant iſtũ, quẽ in Ro. Eccleſia effingunt Antichriſtianiſmũ. Incipiant.n. aliquando à quadringentis retro annis, aliquãdo longius iã à ſexcentis iam ab octingentis annis, Et adhuc longius, modo à Mille annis, modo ab inclinatione Ro. Imperij: deniq; audaciores in progreſſu impietatis & maliciæ facti, abeant retro lõgiſſime, & incipiunt nũc à præludijs Victoris Papæ, nunc à Primitiua Eccleſia, atq; adeo ab ipſo Religiõis Chriſtianæ ueſtibulo. Hæc .n. ſunt Lutheri uerba: Sic.n. profecit regnũ Antichriſti Romani, quod ſtatim Apoſtolorum etiã tempore cœptũ eſt opibus niti. ¶ Philippus uero Melãchthon ſecundus à Luthero huius Gigantomachiæ Capitaneus, in Didymo ſuo admodũ uarie & cõfuſe ducit aciem nũc in tpa Henricorũ, nũc Ottonũ, nunc Carolorum.

Diſcordes inter ſeſe Lutherani de Antichriſto.

Luth. in li. cõtra Ca.

Secundus Gigantomachiæ Capitaneus

aliquãdo ad Phocam uſq; procedit, tandem Victori ſubiraſcẽs ait: Neq; uero ſimpliciter Aſiã adoriebatur Victor, ſed nouo & inaudito exẽplo, diris & anathemate. An non uidentur (inquit) hæc præludia fuiſſe illius Antichriſti, qui Ro. ſedem paulo poſt erat occupaturus? An non erat hoc iniquitatis myſterium, quod etiã Pauli temporibus rem Chriſtianã infeſtabat? Agebãt de Cerimonijs, & agebãt iſto Romano fulmine, de uotionibus ſeu execrationibus, quibus peſtibus paulo poſt Antichriſtus erat in orbem degraſſaturus. Quid n. iã à Carolorum tẽporibus Romæ reliquum eſt, præter Cerimonias & frigidũ illud fulmen? Hæc ibi ſubiratus in ſanctiſſimum Pontificem & Martyrem Chriſti paruulus quidem, ille, ſed bene Luthericus Gigas. Mitior deinde factus, reſidente parumper aĩ timore, ait: Et Romani Pontificis autoritas apud Barbaras nationes augebatur. Conſulebatur Roma, ſiquis forte caſus anceps incidit Et illi adhuc modeſte (inqt) gerebant imperium, uſq; ad Otthonum tempora. Hic ſacra prophana omnia miſcuere Pontifices, hic res Eccleſiaſtica contemni cœpit &c. Deſcendit inde ad Henricorum & Fridericorum quoq; tempora, ſed longum foret uagum eius curſum hic perſequi. Vnum ſolummõ referã, qd' poſtea locis cõmunibus adiecit, ſuo qdẽ

Phil. in li. de locis cõ. iudicio oĩm ſapientiſſimi: Vſurpata eſt (inquit) uox liberi arbitrij, a diuinis literis, à ſenſu & iudicio ſpiritus

ritus alieniſſima, qua uidemus ſanctos uiros non raro offenſos eſſe. Additum eſt *è nationis* Platonis Philoſophia *uocabulũ ratiõis, æque pernicioſum. Nã perinde atq; his poſterioribus* Eccleſiæ *tẽporibus,* Ariſtotelẽ *p Chriſto ſumus amplexi, ita ſtatim poſt* Eccleſiæ *auſpicia per* Platonicam *philoſophiã* Chriſtiana *doctrina labefactata eſt.* Hæc *in illo impietatum compẽdio* Philippicus *ille* Papemaſtix. Nos *ad ea alibi reſpõdimus hic ideo referenda erant, ut cognoſcas* Germania, *quã inſtabilis & fictitia ſit omnis nouorum huſſitarum in* Antichriſtum Gigantomachia. ¶ Nam *& tercio eorum capitaneo, qui ſe ficto nomine* Velenum *uocat, quatuor libellis alibi reſpondimus, hic ex barbarica eius* Tragœdia *iſta retuliſſe ſufficiat.* Quomodo *tamen hic (inquit)* Antichriſtus *in priſtinam conditionem reduci non patitur, ſed indignatur, ſed frendet dentibus.* Et *quod poſtremum eſt, perire uult potius quam corrigi* Qui *tot iam retro ſeculis eſt ipſiſſimus triceps ille infernalis cerberus, in cuius ſignum triplicem defert* Coronam. Hæc *fictitius & laruatus* Velenus. Ego *uero* Germania *hic unũ abs te peto, p honore & ſalute patriæ, ut cogas* Antichriſticos *bellatores iſtos, ſaltẽ ſemel certum tempus nobis aſſignare, quo cœperit ſedem* Romanam *occupare uerus et nouiſſimus, de quo loquitur ſcripturæ* Antichriſtus.

Tertius Capitaneus Ex lib. Veleni cõtra S. Petrum.

Nos *certe ex* Hiſtorijs *& ſacris literis, per multa &*

Compellendus ad diſputandum Lutherus.

D quidem

quidem apertiſſima ac prorſus irrefragabilia teſtimonia, eos conuincere de ſceleratiſſimo ſimul & impijſſimo ac maxime in totam Patriam noſtram proditorio, figmento iſto, & ſcimus & poßumus Deo bene iuuante & aſpirante, in quem igitur finem eis permittis tot ſcandalis tam diu uexare et perturbare Eccleſiã Chriſti Dei uiuentis? Quoties ego hanc animã & hoc corpuſculum meũ contra ſcandala eorũ, oĩbus diſsimulãtibus, fruſtra obtuli & obieci. Nũquid id feci pro beneficijs aut pecunijs acquirẽdis? At mortuis nulli sũt uſui hæc tẽporalia & terrena bona. Et poterit anima mea etiam ſine eiuſmodi periculo ſaluari, cæterũ ad abolendam hanc patriæ ignominiam atq; ad præpediendam tot animarum ruinam & interitum ſempiternũ, tanto lubentius hanc uitam in quodcunq; periculũ exponere (ubicunq; res poſtulauerit) uelim, quãto magis piũ eſt propter animarũ quã corporũ ſalutẽ, pro patria pugnare. ¶ Cũ autẽ dux ipſe ſceleratiſſimæ huius in patriã coniurationis & ꝓditionis Lutherus, mihi certamen, ſub Iudicibus ineundũ, toties offerenti & alacrius ꝓuocanti nõ ſolũ Vuormaciæ ad faciẽ, in conſpectu tot Lutheranorũ, ſed etiã publicæ nuper in facie totius Eccleſiæ, edito in lucem libro, congredi recuſet, quid tu obſecro aut Deo aut hominibus reſpondebis, ſi poſthac diutius permiſeris, iſtos nefarios & patriæ prodi-

Nota.

Recuſat congredi Luthe.

proditores & populi Chriſtiani ſeductores, graſſari (ut hactenus) in religionem fidemq; & pietatem maiorum, in ſalutem animarum, atq; in fraternam charitatem? Ad quid rogo perditio hæc? Qui ſunt & quanti iſti? Ita ne decet, propter unum Cucullum caudamq; adhærentium Catilinarum, totam patriam perpetuo exponere, & in fabulam gentibus, & in regnū ac quæſtum Satanæ? Aut igitur compeſcant poſthac uirulentas nimiumq; proditorirs et ſcādaloſas linguas ſuas Gigantes iſti Lutherici, aut ſi tantum pro ſua impietate noua periculum ſubire audeant, quantum ego pro pietate Maiorum noſtrorum antiqua: ecce me iampridem paratum, pro honore Patriæ & pro Religione Patrū noſtrorum, ad ineudum ſub iudicibus, publica autoritate deſignandis, certamen cū Duce ipſo tot impiorum Catilinarum, ſuper eiuſmodi quæſtionibus, ſiue ad ignē ſiue ad gladium aut rotam. Quis eſt enim Saxobohemus iſte incircunciſus, qui tam diu exprobrauit aciem dei uiuentis? Quis ergo piorum diutius ferat uanum & mere uerbalem eius inſolentiam? Congrediatur igitur, aut taceat conuictus propria conſcientia. Reuocet errata, aut excedat è finibus noſtris, quid moleſtus eſt nobis tota die, immo toto iam quinquennio, uerboſus iſte pugnator & ſcurra improbiſſimus? Cui proficit niſi ad impietatem? Si tantum confidit in

Prouocatō ad æquale periculum

1 regn. 17

Huſſitica perfidia, quantum ego in ueritate Catholica, cur non experitur? Cur omne iudiciū refugit?

Nefandius diſſidium Lutherano rum quam Huſſitarū.

Multo autem grauius & nefandius eſt Saxobohemorum iſtorum ſcelus, quā antiquorum fuerit Huſſitarū. Quod ſi Bohemorum diſſidium à Ro. Eccleſia impiū fuit (fatente etiam Luthero ipſo) & inexcuſabile, quāto magis impium & inexcuſabile atq; etiā intolerabile reputari debet hoc Lutheranorum diſsidium, In quo gloriatur Dux nequiciæ, ſe Decies Hæreticum eſſe, ſi Hußus uel ſemel hæreticus fuit. Et ultra diſsenſiōis malum adijcit infinitas conuiciorum, inſultationum, calūniarum hæreſum ac blaſphemiarum iniurias & moleſtias. Certe non leuis eſt in patria Maioreſq; noſtros iniuria, dicere quod Iohannes Huß non fuerit Hæreticus. Quid ita? Quia ille & in Germania, utpote Conſtantiæ condemnatus eſt, & brachio ſæculari traditus in cineres cum hæreſi ſua abijt. Et Maiores noſtri non paruo labore per cædes & bella reliquias factionis eius perſequuti ſunt. Dico igitur nunc publicæ omnibus, quod nuper priuatim dixi quibuſdam. Quicunque Germanorum dixerit, Iohannem Huß non fuiße Hæreticum, & proinde iniuſte fuiſſe Conſtantiæ condemnatum & exuſtum, is iure ac merito pro hoſte & proditore patriæ noſtræ cenſetur. Quia deſertor eſt ciuium & Maiorum ſuorum, ac perfide tranſit ad hoſtes patriæ.

Noui huſſitæ hoſtes patriæ.

triæ. ¶ *Quis enim hoſtilior aut pernicioſior intra* DCC.*annos fuit* Germaniæ,*quam fuerunt immanes et efferati taboritæ,qui ſceleratiſsima coniuratione,ad aſ ſerendas Huſſitarum impietates & ſacrilegia,non ſo lum totam Bohemiam patriam ſuam,ſed etiam uicinas* Germaniæ. *prouincias ferro & igni depopulati ſunt ita ſanè crudeliter,ut ſupra omnium ferarum rabiē,ſæ uierint abſq; ullo diſcrimine in omnem ætatem ſexum q; & ordinem.*

Taboritæ imaniſſimi

Longe tamen ſceleratior mihi uidetur iſta Luthera norum Aſſertio,quod Ro.*Pontifex ſit uerus ille Anti chriſtus,de quo Chriſtus Prophetæ et Apoſtoli fuerint loquuti. Hæc enim iniuria nefandiſsima tangit ac læ dit generaliter omnes Chriſtianos per totū orbē ter rarū,quotquot ſunt fueruntq; & futuri ſunt. Quiſq; enim conſentit Antichriſto,hic procul dubio diſſentit à Chriſto. Quæ eni participatio iuſticiæ cū iniquitate, aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ item con uētio Chriſti ad Belial? At à* S.*Petro uſq; ad hūc Papā noſtrū* ADRIANVM VI. *per ſeriem* CCXXX, *Pōtificū Romanorū oēs Chriſtiani Catholici & Or thodoxi, participauerunt & conſenſerunt in fide & ſacramentis cum* Ro.*Pontificibus, Orientales Aegy ptij,Aſiatici, Græci,Aphri, Et generaliter omnes Eu ropæ nationes & populi.* ¶ *Quis igitur uſq; adeo de mens et impius eſſe queat (niſi quem furor Luthericus*

Quantum ſcel9 dicere Papam Antichriſtum.

Veſania Luthe.

ſerali i Ro. Pōtifices odio exagitat et exæcat) ut uni Luthero uæſano & inſtabili Monacho, plus credat & adhæreat, quā tot retro milibus Martyrū & ſanctorū Patrū, qui oēs cōmunicauerunt Ro. Pōtificibus, ac debitum eis honorem & obedientiam exhibuerunt? Certe etiam ſi milies exclamet mendax iſte Barrabas, beata Bohemia, Beata Græcia, beati omnes, qui ſeſe à Ro. Eccleſia ſeparauerint, tamen ex omnibus hiſtorijs quilibet intelligere poteſt, quod multo beatiores in omnibus fuerint Græci, Bohemiq; ac omnes alij fidei Catholicæ deſertores, quando erāt uniti cum Eccleſia Rom. quam ſint hodie in diſſidio, uti commemoratum eſt ſuperius me internuncio. Et multo diutius fuerūt tū Græci tum Bohemi cum Ro. Eccleſia uniti, quam ſint modo ſeparati. Neq; raro ſuaſit Luthe. ipſe, ut Bohemi ad unitatem Catholicæ (quæ utiq; ſine Romana & Apoſtolica non eſt) Eccleſiæ reducantur.

Luth. in epiſtola contra Sylueſt.

Quod ſi reliquæ Nationes hæc ſtolida Lutheri conuicia in Ro. Pontifices impie iactata tanquā furentis & celebroſi hominis blateramenta derident forſitan magis quam ægre ferant aut ad animum reuocent, nobis tamē Germanis minime ſunt tolerāda, ab multas ſanè rationes. Primum quia in Germaniæ finibus ſic furit & blaterat Conuiciator iſte. At nulla alia natio Chriſtianorum per tot ſecula tam blaſphemū Conuiciatorem

Germanis minus ferēda Lutheri conuicia quā alijs nationibus

rem habuit aut tamdiu paſſa eſt. Niſi ergo quã primũ eieceris eum o Germania, remanebit tibi ex eo ſingularis macula & quidem indelebilis, ad perpetuam omnis poſteritatis tuæ uerecũdiam & ignominiam. ¶ Quod ſi de aliarum Nationum fide ac deuotione dubites, fac queſo periculũ, trade illum Italis, Gallis, Hiſpanis, aut propinquioribus Polonis aut Vngaris. Diſperеam, ſi non radicitus euulſerint ei confeſtim ſceleratam & blaſphemam illam linguam, niſi primo quoq; die per feſtinatam Palinodiam recantet omnem hæreſim & blaſphemiam. Experire igitur, ſi mihi non credis. Vereor profecto, Mater pientiſſima, ne iam dudum obloquantur nobis propter eum reliquæ Nationes, dicentes forſitan cũ S. Innocentio, Error cui nõ reſiſtitur, approbatur: et ueritas cũ minime defenſatur opprimitur: negligere quippe, cũ poſſis perturbare peruerſos, nihil eſt aliud quam fouere. Nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Niſi igitur ſeuerius egeris cõtra blaſphematorẽ iſtũ, quã egiſti hactenus, non uideo, quõ poſſis ab eiuſmodi ſuſpicione exterarum gentium immunis haberi. (In decretis diſt. 83. c. Error.)

¶ Deinde, fuerunt tot iam ſæculis Germaniæ Principes, deuotiſſimi Eccleſiæ Ro. filij, adeo, ut defenſor & aduocat9 eius præcipuus is fuerit ſemp is habitus, quẽ Electores imperij electiõe ſua declarauerint et delegerint. Quo (Defẽſores Eccle. Ro. Principes Germani)

Quomodo igitur nunc queant ſine rubore diutius audire in finibus ſuis, iſti ſedis Apoſtolicæ antiqui et deuoti filij atq; Defenſores, tot conuicia calumniaſq; & blaſphemias in eam ſedem, cunctis Chriſtianis uenerabilem ac ſacroſanctam, ab uno priuato & contemptibili Monachorum Apoſtata, per tot libellos in omnem orbem diuulgatos?

Exempla ſuperiorū Prin. Ger.

¶ Præterea multa habemus præclara Maiorum noſtrorum exempla pietatis & deuotionis erga eandem ſedem, à quibus certe ſine graui noto et uerecundia degenerare nō poſſumus. Profecto defenderunt eam Chriſtianiſſimi Principes Caroli, Pipini, Ludouici, Ottones, Henrici, Conradi, Friderici: nō ſolum à blaſphemis Cōuiciatoribus (in quos utiq; mox animaduerterunt poſtquā fruſtra fuiſſent à prælatis Eccleſiæ correpti) ſed etiam ab armatis hoſtibus, iiſq; maxime barbaris & crudelibus, dum infideles eſſent, à Lōgobardis, à Sarracenis, à Nortmānis, abn Vgaris, Sclauenis, Turcis. Quid putas igitur tibi nunc dicturos eſſe Pios & Beatos Principes illos, ſi de hac Hæreticorū tuorū (qui contra omnem legem et pietetem iā per quinquennium in prouinciis tuis palam tot blaſphemijs debacchantur) infamia, conſulerentur atque interrogarentur ſententiam? Ego uero Mater hic malo uerecūdiæ rationē habere, quam ullum ab ipſis per hiſtorias reſponſum afferre aut commemorare.

Leges Prīcipū cōtra Hæreticos,

Opto autem, ut religioſas eorum leges diligentius expendas

&

& obſerues, quarum certe cõplurimæ referuntur in ijs libris, qui de legibus Longobardorum inſcriptionẽ habent, ſed & Gratianus in Decretis plerunq; Capitularium Karoli et Ludouici mentem facit, Atq; etiã Lotharij & Ottonis pias Conſtitutiones recitat. Hic unius Friderici primi breue Capitulum, ex eo titulo, qui de Statutis & Conſuetudinibus ab eo inſcriptus eſt, referre libet. Quod in Codice Iuſtiniani inſertum eſt titulo de Epiſcopali audientia. Statuimus (inquit) hoc Edicto in perpetuum ualituro, ut poteſtates, conſules ſiue Rectores, quibuſcunq; fungantur officijs, pro defenſione fidei præſtent publice Iuramentum, quod de terris ſuæ Iuriſditioni ſubiectis, uniuerſos Hæreticos, ab eccleſia denotatos, bona fide pro uiribus ſuis extermınare ſtudebunt. Ita ut ammodo quandocunq; quis fuerit in poteſtatem ſeu temporalem ſeu perpetuam aſſumptus, hoc teneatur Capitulum firmare Iuramento. Hæc in conſtitutione ſua, minime adhuc abrogata, Fridericus I. Viderint plerıq; Rectores noſtri, quid hic Deo & Conſcientiæ ſuæ reſpondeant.

Diſt. 19. et 63. 16. q. 1. Quia iuxta.

C. de epiſcopali. audi. l. Statuimus.

Ex his certe intelligis Germania, quanta te urgeat neceſſitas coercẽdi conuiciatores iſtos uſq; adeo blaſphemos, ſi modo cupias honori ac famæ tuæ conſulere, ne ſimul cum ipſis Hæreticis tuis apud reliquos Chriſtianos infamis (quod abſit) habearis, tanquam eis conſentiens, Quoniam qui talia agunt (inquit Apoſtolus) di-

Multæ rationes & cauſæ, ut coerceantur Lutherani

Ro. 1.

gni ſunt morte, non ſolum qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Sed et defenſiōis officium exigit, ut non patiaris eam ſedem, quæ tot ſæculis a te defenſorem & aduocatum ſolenni more dignanter accepit, ab impijs blaſphematoribus conculcari, atq; etiā infidelibus ad ludibrium prophaniſſime prodi & exponi. Admonet item pietas Maiorum, quibus ea ſedes ſemper ſacroſancta fuit, conſtringunt præterea te ad debitum eius reuerentiam et obedientiam, non ſolum ſacri Canones Conciliorumq; Decreta, & uenerandæ leges īperatorū (quas utiq; abſq; peccato præuaricari nō potes) ſed etiam longiſſimus tot ſeculorum uſus & obſeruantia, traditiones ſanctorum patrum, Martyrum & Confeſſorum, qui autoritate illius ſedis ad te miſſi per Euangelium Chriſti te genuerunt, atq; ex populo barbaro & impio fecerūt te cooperante ſpiritu ſancto, genus electum, regale ſacerdotium, gentem ſanctā populum acquiſitionis. Quamuis igitur Rom. Eccleſia per eminentiam & autoritatem generaliter oīm ſit Eccleſiarū Mater & Magiſtra, peculiariter tamē Eccleſijs Germaniæ, ut mater & magiſtra, eſt obſeruanda, quia ſero & p multos labores acquiſiuit eas Chriſto. Quamuis enim et Anglia ſero (ſi Gallias Hiſpaniaſq; & Aphricam atq; Aegyptum ſimul cum toto Oriente Græciaq; illi compares) Chriſtianiſmum receperit:

1.Co.4.

1.Pe.2.

Diſt.19. c. In mēo.

Sero cōuerſi ſunt Germani.

receptit tamē multo & citius & facilius, q̄ populi Germania tui. Citius inquā, quia ſub Gregorio primo Chriſtum agnouit Anglia, tu uero ſub Gregorio ſecundo, qui quītus & uiceſimus à Gregorio pri. Pontifex fuit poſt annos plus minus CXX. Et facilius admiſit Anglia ueritatis & ueræ Religionis miniſtros & Magiſtros, quam populi tui. Quot enim ex primis fidei tuæ plantatoribus Martyrium in finibus tuis pertulerunt? An non habent Martyres multos Eccleſiæ Germaniæ. At multo lætiora de conuerſione Anglorum nunciabant Romanis Pontificibus Auguſtinus Epiſcopus à Gregorio .I. & Theodorus Archiepiſcopus à Vitaliano (ut refert Paulus Diaconus) in Angliam miſſi ſuis cum coadiutoribus. Et Gregorius ipſe, pio gaudio plenus ulterius nunciando ſcriſit eulogio Epiſcopo Alexandrino, quod tātis miraculis uel Auguſtinus ille uel ij qui cum eò tranſmiſſi fuerant, in Anglorum gente corruſcabant, ut Apoſtolorum uirtutes, in ſignis quæ exhibebant, imitari uiderentur. In ſolennitate autem dominicæ natiuitatis, pluſquam decem milia Anglos ab eodem Auguſtino baptizatos eſſe. Ecce quā cito & benigne ab Anglis auditus eſt Auguſtinus ille, quem certe iam uoti compotem multa commonuit Gregorius primus qui tamen ſolum modo XIII annis Eccleſiæ Rom. præfuit.

Conuerſio Anglorū.

lib. ulti. In hiſt. Gre.

Reg. li. 7. c. 30.

In Reg. li. 9. c. 58.

¶ At

Difficilior conuerſio Germanorum

¶ At Bonifacius noſter à Gregorio II. ad nos miſſus multo labore tulit multa, in conuertendo gentes noſtras per tempora quatuor Pontificum, donec tandem coronaretur in Friſijs martyrio, ſedit autem Gregorius II. annis XVI. Greg. III. annis X. Zacharias itidem X. & Stephanus quinq;. Quam duræ autẽ ceruicis etiam poſt occiſum Bonifacium fuerint adhuc Friſij Vueſtualiq; & Saxones, nemo ignorat, qui modo Karoli magni res geſtas legerit. Noli igitur o Germania contra pietatem diutius tolerare, Matrem & Magiſtram tuam, ut primam quidem & unicam (neq;. n. à Græcis neq; ab Aphris, neq; ab Orientalibus quicquam accepiſti) ita ſanè & digniſsimam & fideliſsimam, ab infamibus iſtis ſpurijs tuis ſic per orbem terrarum, ad totius fidei & religionis noſtræ opprobrium, tot calumnijs & blaſphemijs dehoneſtari atq; traduci. Tolerantia enim longior culpa & infamia (crede mihi) carere nõ

Gal. 6.

poterit. Deus enim non irridetur, & aliæ Nationes te ſceleratis iſtis conſentire putabunt. Vt autem ſcelus et ingratitudinẽ Hæreticorũ tuorum in ſacroſanctam ſedem Apoſtolicam adhuc apertius tibi proponã, Romã ipſam ex antiquis multa cõmemorantem adducam, nõ ſanè, ut exprobret ſed ut ueteris boneuolentiæ mutuæ pietatiſq; te cõmonefaciat. Cogita itaq;, qd ei reſpõdeas, ſi in hunc modum tete alloquatur. ROMA

Quãto mi

GERMANIAE. Ego te Germania diu quidem cognitam

gnitam habui, priuſquam ad Chriſti agnitionem ueniſti, ſed nequaquã ea te charitate & beneuolentia proſequebar, antequã crederes in chriſtum, qua te proſequuta ſum poſtea perpetuo, circiter DCC. iam annos. Antea enim te aut hoſtiliter armis, aut ſeruiliter tributis aut calamitoſe cædibus uexaui, poſtea quam autem ꝑ Euangeliũ te genui in Chriſto, non amplius ut hoſtem aut ancillam tributariam, ſed ut filiam chariſſimam, & præ cæteris honoratam ſemper habui: ex hoſtibus nanq; antiquis paraui mihi non ſolum ſocios & amicos, ſed etiam defenſores & aduocatos, pro ueteribus tributis donaui te Imperio, pro armis faſces & purpuram Auguſtam, pro cædibus pacem cum incremento rerum omnium accepiſti. ¶ Quid autem malorum paſſa non fuiſti ab imperatoribus meis, antequam ſis à me Imperio ipſo donata? Certe DC. & XL. annis ſteterat mihi Reſpublica, quando primũ teſte Cornelio Tacito) Cymbrorum & Teuthonum tuorum audita mihi ſunt arma. Profligauerunt quidem illi aliquod exercitus ſimul cum ipſis conſulibus, ſed ut oppoſui eis C. Marium, profligati ſunt & ipſi, uel ad internicionem uſq;. Primum ſane conflixit cum eiis in Gallijs ad Rhodanum iuxta Aquas Sextias, ut ſcribit Florus. Ex duobus ibi prælijs. CC. Milia hoſtiũ cecidit. XXX. Mil. cepit. Deinde quia copia eorum adhuc infinita erat, trans greſſis in italiam, prope Vero-

tior Roma Germanis poſt cõuerſionem q̃ ante

Bellũ Cymbricum.

Cor. Tacitus de ſitu Ger.

Flo. li. 3.

nam occurrit, & commiſſo prælio. C X L. milia aut in pugna aut fuga cæſa ſunt. XL. Mil. capta. Romani milites CCC. perierunt. XXXIII. ſigna Cymbris ſublata ſunt. ¶ Mulieres eorum, plauſtris in modum caſtrorum depoſitis, grauiorem pene pugnam Romanis fecere, quã earum prius fecerant uiri. Sed cum nouo cædis genere terrerentur (abſciſis enim cum crine ceruicib9 inhoneſto ſatis uulnere turpes relinquebantur) ferrũ quod in hoſtes ſumpſerant, in ſe ſuoſq; uerterunt. Nam q; aliæ concurſu mutuo iugulatæ, aliæ apprehenſis in uicem faciebus ſtrangulatæ, aliæ funibus ad ſua colla ligatis, equorum cruribus protractæ interierunt, aliæ laqueo de ſubiectis plauſtrorum temonibus pependerunt. Quædam, dum ſe ſuſpenderet, duos filios, tractis per colla eorum laqueis, ad ſuos pedes uinxit. Ita his duobus prælijs CCCXL. Milia Cymbrorum occiſa. CXL. Milia capta ſunt, abſq; in numera multitudine mulierum, quæ furore fœmineo ſe ſuoſq; paruulos necauerunt. Is belli finis fuit. Triumphus & C. Mario et Q. Catulo collegæ eius decretus eſt. Autor eſt Eutropius. Tu nũc ipſa quæſo Germania iudica, nuſtm mei ꝗ tui grauiora paſſi ſint in iſto primo inter nos bello. Mei certe nuſquam in quibuſcunq; per orbem terrarũ bellis & prælijs, talem paſſi ſunt uſq; adeo miſerabilẽ in tot mulieribus & paruulis cladem & internitionẽ, qualem à meis acceperunt ibi Teuthones & Cymbri

Horrenda clades mulierũ.

Eutropius in hiſt. li. 5 c. 1.

tui.

tui. Quam pluribus ad longum declarat Plutarchus in uita C.Marij.

Deinde Anno Vrbis cõditæ DC.XCVIII. Iulius Cæſar Conſul factus decretis ſibi Gallijs, primum cum Heluetijs conflixit. Qui uenerant ſedes petitum (ut ait Florus) incenſis mœnibus ſuis, eo cum ſacramento, ne redirent. At Cæſar, Rhodani ponte reſciſſo, ſtatim bellicoſiſſimam gentem ſic in ſedes ſuas, quaſi greges in ſtabula paſtorum deduxit. Expugnauit itaq; (ut ſcribit Eutropius) in ea expeditione Heluetios, Tulingos, Latobriges, Rauracos & Boios. Ex quibus CXLVII. milia perempta ſunt, cætera effugerunt. ¶ Deinde Ariouiſtum regem: cui auxiliabantur Arudes, Marcomanni Triboci, Vangiones, Nemetes, Seduſij & Sueui: fugere compulit, duaſq; uxores eius totidemq; filias cepit, omnemq́; exercitum per L. Mil. paſſuũ inſatiabiliter cecidit: poſt hoc gentem Belgarum deuicit, cui adhæſerant bello Vangij, Sueſſones, Neruij Atrebates &c. Quorum omnium CCLXXII. milia fuiſſe leguntur. Hi cũ repente è ſyluis erũpentes, exercitũ in Cæſaris fugã uertiſſent, tandem hortatu Cæſaris exercitus reſtitit eoſq; uſq; ad internitionem penè deleuit. ¶ Cæſar rurſus Germanos, qui Rhenum tranſierant, & totas Gallias ſibi ſubijcere parabant: bello adortus, uſq; ad internicionem cecidit, quorum feruntur CCCC.XL Milia fuiſſe. ¶ Deinde facto ponte Rhenũ tranſgreſſus

Bella Iulij Cæſaris in Ger.

Flor. li.3.

Cõtra Heluetios.

Eutropius lib.6.

Contra Ariouiſtum regem.

Contra tranſgreſſos Rhenũ

Cõtra Sueuos ĩ Ger.

greſſus, Sueuos maximam & ferociſſimam gentem ſu- perauit. Hæc breuiter Eutropius. *Addit* Florus. Et Her *cinijs hoſtem quærit in ſyluis, ſed in ſaltus & paludes genus omne defingerat.* Tantum *pauoris incuſſit intra ripam ſubito* Romana *uis. Sed quod acerbiſſimum* C*æ ſari fuit, non fuere qui uincerentur.* De *his plura in ui*

Oroſius lib. 6. c. 7. & 8

ta Cæſaris Plutarchus. Et Oroſius *in hiſtoria, atq; in* Commentarijs *ſuis* C*æſar ipſe e quorum* libro *quar- to id modo retulerim.* ¶ Dicbus *(inquit) decem, quib9 materia cœpta erat comportari, omni opere, pontis ſci*

Fuga Sycãbrorum.

licet conſtruendi effecto, exercitus traducitur. C*æſar ad utranq; partem pontis firmo præſidio relicto, in fi nes Sycambrorum contendit. Interim à compluribus ci uitatibus ad eum legati ueniunt:* Q*uibus pacem & ami citiam petentibus, liberaliter reſpondit, obſideſq; ad ſe adduci iubet.* Sycambri *ex eo tempore quo pons inſti- tui cœptus eſt, fuga comparata: hortantibus his, quos ex* Tencatheris *atq;* Vſipetibus *apud ſe habebant: fini- bus ſuis exceſſerant, ſuaq; omnia exportauerant, ſeq; in ſolitudinem ac ſyluas abdiderant.* C*æſar paucos dies in eorum finibus moratus, omnibus uicis ædificijſque incenſis, frumentiſq; ſuccenſis, ſe in fines* Vbiorum *re- cepit.* Ecce Germania *tot tantaſq; tuorum tibi clades ſtrageſq; & rerum damna, ab uno Cæſare meo illatas.*

Bella Druſi in Ger.

¶ *At per bella Ciuilia meorum, quietem nacti tui, ui- ribus auctis animiſq; reſumptis iterum tumultuari cœ*

perunt

perunt: Noricis animos dabant (inquit Iulius florus) Alpes atq; niues, quod bellum nõ poſſet aſcendere. Sed omnes illius cardinis populos, Brennos, Senones atq; Vindelicos, Octauius Cæſar Auguſtus, per priuignum ſuum Claudiũ Druſum pacauit. Miſſus deinde in Germaniam idem Druſus, primos domuit Vſipetes, inde cæteros puta Tẽcateros percurrit & Cattos. Nam Marcomãnorũ ſpolijs in ſilgnibus, quendam æditum tumulum, in Trophæi modum excoluit. ¶ Inde ualidiſſimas nationes Cheruſcos, Sueuos, & Sycambros pariter aggreſſus eſt. Qui. xx. Centurionibus interceptis, hoc uelut ſacro ſumpſerãt bellum, adeo certa uictoriæ ſpe, ut prædam in anteceſſum pactĩone diuiſerint, Cheruſci equos, Sueui aurum & argẽtum, Sycambri captiuos elegerunt. Sed oĩa retrorſum. Victor nãq; Druſus, equos, pecora, torques eorum ipſosq; præda diuiſit & uendidit. Præterea in tutelam prouinciæ, præſidia atq; custodias ubiq; diſpoſuit. Per Mosã flumen, per Albim, per Viſurgim, per Rheni quidem ripas, quinquaginta amplius caſtella direxit. Bonnam & Genoſiam cum pontibus iunxit, claſſibusq; firmauit. Inuiſum atq; in acceſſum in id tempus Herciniũ ſaltum patefecit. Ea deniq; in Germania pax erat, ut mutati homines, alia terra nati, cœlũ ipſum mitius molliusq; ſolito uideretur. Hæc Florus. ¶ Eadẽ refert & Oroſius, ſed ſuccinctius atq; etiam planins. Druſus, inquit, ĩ Germania, primos

Victoria eius cõtra Cheruſcos &c.

Catalogus Oroſius li. 6. c. 20.

E Vſipe

Vſipetes, deinde Tencatheros & Cattos perdomuit. Marcomannos pene ad internitonē cecidit. Poſtea fortiſſimas nationes, & quibus natura uires, conſuetudo experientiam uirium dabat, Cheruſcos, Sueuos, & Sycambros, pariter uno bello, ſed etiam ſuis aſpero, ſuperauit. Quorum ex eo conſiderari uirtus ac feritas poteſt, quod mulieres quoq; eorum, ſi quando præuentu Romanorum inter plauſtra ſua concludebantur, deficientibus telis uel qualibet re, qua uelut telo uti furor poſſit, paruos filios colliſos humi, ī hoſtium ora iaciebant, in ſingulis filiorum necibus bis parricidæ. Hæc de Druſo.

Immanitas mulierum.

Mortuo autē Druſo, ex fractura equo ſuper crus eius collapſo, in Germania: frater eius Tiberius Nero, poſt annos paucos iterum tumultuātibus Germanis, ad eos pacandos miſſus eſt, quando iam ab Auguſto fuiſſet ad optatus, & eius iuſſu Germanicum Druſi fratris ſui filium adoptauerat ipſe, uti notat Suetonius. Exarſerat enim ſub M. Vinicio Legionum præfecto, ante triennium, immenſum (ut ſcribit Velleius Paterculus) bellum: quod & ab illo quibuſdam in locis erat geſtū, quibuſdam ſuſtentatum. Geſta autem Tiberij breuiter & uenuſte narrat cōmilito eius Paterculus iā dictus, in hūc ſane modum. Intrata (inquit) protinus Germania, ſubiecti Caninifati, Attuari, Bruteris recepti Cheruſci gētes, & in amnibus mox noſtra clade nobilis tranſitus

Bella Tiberij Cæſaris in Germa.

Suetonius in uita Tiberij.

Velleius Paterculus Miles Tiberij in hi. li. 2.

Viſurgis,penetrata ulteriora. Anni eius æſtiua uſq; in menſem decembrem perducta,imanis emolumentum fecere uictoriæ. Et poſt pauca. ¶ Proh dij boni (inqt) quanti uoluminis opera in ſequenti æſtate, ſub Duce Tiberio Cæſare geſſimus. Perluſtrata armis tota Germania eſt,uictæ gentes pene nominibus incognitæ. Receptæ Cauchorum nationes. Omnis eorum iuuentus,infinita numero,immenſa corporibus,ſitu locorum tutiſſima,traditis armis una cum ducibus ſuis, ſepta fulgenti armatoq; militum noſtrorum agmine, ante imperatoris procubuit tribunal. Fracti Longobardi,gẽs etiam Germana feritate ferocior. Deniq;, quod nunquã antea ſpe conceptum,nedum opere tentatum erat, ad quadringenteſimum miliarium à Rheno uſq; ad flumen Albim,qui Senonũ Hermundorumq; fines præterfluit, Romanus cum ſignis perductus exercitus. Et infra. Victor omnium gentium locorumq;, quos adierat Cæſar,cum incolumi inuiolataq;,& ſemel tantũmodo magna cum clade hoſtium fraude eorum tentato exercitu,in hyberna legiones reduxit. ¶ Sed nunciata Illyrici defectione,tranſijt ad curam noui belli,quod grauiſſimum omnium (aut aſſerit Suetonius) externorum bellorum,poſt Punica,per. 15. legiones paremq; auxiliorum copiam geſſit,in magnis rerum omniũ difficultatibus,ſummaq; frugum inopia. ¶ Et iam ultima (inquit Paterculus) impoſuerat Pannonico ac Dalmatico

Perluſtrata armis tota Germania.

bello Cæſar manum,cũ intra quinq; conſummati tanti

Cædes uariæ triũ legionum in Ger.

operis dies,funeſtæ ex Germania afferrẽtur epiſtolæ, cæſi Vari Quintilij,trucidatarumq́; legionum trium, totidemq́; alarum & ſex cohortium.Is cum exercitui præeſſet,cõcepit Germanos eſſe homines,qui nihil præter uocem membraq́; haberẽt hominum: quiq; gladijs domari non poterant,poſſe iure mulceri.Quo propoſito mediam ingreſſus Germaniam,uelut inter uiros pacis gaudentes dulcedine,iuriſdictionibus agendoq́; pro tribunali ordine,trahebat æſtiua.Quid multis?Exercitus omnium fortiſſimus,diſciplina,manu,experiẽtiaq́; bellorũ inter Romanos milites princeps Marcore ducis,perfidia hoſtis,iniquitate fortunæ circũuentus,inclusus ſyluis,paludis inſidijs,ab eo hoſte ad ĩternetionẽ trucidatus eſt,quem ita ſemper more pecudum trucidauerat, ut uitam aut mortem eius nunc ira,nunc uenia temperaret.Duci plus ad moriendum quã ad pugnandum animi fuit.Quippe paterni auitiq; exempli ſucceſſor,ſe ipſe transfixit. ¶His auditis reuolat ad patrẽ

Cædẽ illũ ultũ iuit in Germa.

Cæſar Tiberius,perpetuus Patronus Ro.imperij,adſuetam ſibi cauſam ſuſcipit, mittitur ad Germaniam, Gallias confirmat,diſponit exercitus,præſidia munit. Vltra Rhenum cum exercitu trãſgreditur, arma inferecti:quæ arguiſſe pater & patria contenti erant: penetrat interius,aperit limites,uaſtat agros, urit domos, fundit obuios,maximaq́; cum gloria, incolumi omniũ

Etiã

quos tranſduxerat numero, in hyberna reuertitur. Et tantum de Tiberio Cæſare.

¶ Expende mihi hic quæſo Germania, quid intra hos centum annos (tot enim inter Marij cum Cymbris & Theutonibus conflictum Chriſtiq; natiuitatem à Chronicis computantur) ab his quatuor ducibus meis paſſa ſis. Quoties ad internetionem cæſi ſunt numeroſiſſimi exercitus tuorum, tum foris tum domi? Quot milia capta? Quot in Gallias, ut ſeruirent, traducta? Quot in triumphos ducta, & poſt catenarum onera populiq; inſultus, & deriſiones neci data? Quoties uaſtati agri? quoties uillæ uiciq; incenſi? quoties abacta præda? quoties diuenditæ ſub haſta militari mulieres & uirgines captiuæ? Et quod omnium grauiſſimũ eſt, quanta interim extremæ feritatis contra totam naturam parricidia matrum in paruulos? Quanta inter cõſanguineos diſſidia, proditiones, bella? Pauca ſane retuli ego, plura referunt ſcriptores. Quid autem horum paſſa es à ducibus aut militibus meis poſt Chriſti ac ſedis apoſtolicæ agnitionẽ? ſed ne prolixior fiam, paucis ea quoq; cõmemorabo, quæ à meis paſſa es poſt Chriſti natiuitatem quoq; uſq; ad eius fidem à te mea propagatione miniſterioq; receptam.

Vide Euſebiũ Oroſiũ & Sabellicum.

¶ Iam natus erat Chriſtus Ieſus dominus noſter, quando Germanicus Druſi filius Germanis rebellibus bellum primum Auguſti aui, deinde Tiberij Cæſaris patrui

Bella Germanici Cæſaris.

trui ſui auſpicijs intulit. Quod tanta quidem uirtute & fœlicitate geſſit, ut deinde ſemper in hanc uſq; diē, uelut nomine proprio Germanicus fuerit nominatus, uir ſane nobiliſſimus. Cui oēs corporis animiq; uirtutes (teſte Suetonio) & quantas nemini cuiquā, contigiſſe ſatis conſtat. Geſta eius ad longū proſequitur elegantiſſime Cor. Tacitus in ſua hiſtoria, ex qua hic pauca cōmemorabo. Cæſar (inquit) tranſgreſſus Viſurgim indicio perfugæ cognoſcit delectum ab Arminio locū pugnæ, conueniſſe & alias nationes in ſyluam Herculi ſacram, auſuroſq; nocturnā caſtrorū oppugnationē. Nox ea lætā Germanico quietē tulit, uiditq; ſe opatū, & ſanguine ſacro reſperſa prætexta, pulchriorem aliam manibus Auiæ Auguſtæ accepiſſe. ¶ Auctus omine addicentibus auſpicijs, uocat concionem, & quæ ſapiētia præuiſa aptaq; imminenti pugnæ diſſerit. Non campos modo militi Romano ad prælium bonos, ſed ſi ratio adſit, ſyluas & ſaltus. Nec enim immenſa barbarorum ſcuta, enormis haſtas, inter truncas arborum & īnata humo uirgulta perinde haberi quàm pila et gladios & hærentia corpori tegmina. Denſarēt ictus, ora mucronibus quærerent. Non loricam gerunt, nō galeam, ne ſcuta quidem ferro neruoue firmata, ſed uiminum textus, uel tenuis & fucatas calore tabulas. Primam utcunq; aciem haſtatam, cæteris præuſta aut breuia tela. Iam corpus, ut uiſu toruum, & ad breuem im=

Suetonius in uita Caligulæ

Cor. Taci.

Concio militaris

Qualia arma ueterū Germano.

petum ualidum, ſic nulla uulnerum patientia, ſine pudo re flagitij, ſine cura ducum, abire, ſugere pauidos aduerſis: inter ſecunda, non diuini, non humani uiris mores. Si tædio uiarum ac maris finem cupiant, hac acie parare. Propiorem iam Albim quàm Rhenum, neq; *bellum ultra: modo ſe patris patruiq; ueſtigia prementem iiſdem in terris uictorem ſiſterent.* ¶ Orationē ducis *ſecutus militum ardor, ſignumq; pugnæ datū.* Nec *Arminius aut cæteri germanorum proceres omittebāt ſuos quiſq; teſtari.* Noſter *exercitus ſic inceſſit.* Auxi*liares* Galli *Germaniq; in fronte, poſt quos pedites ſagittarij, dein quatuor legiones, & cum duabus prætorijs cohortibus ac delecto equite Cæſar.* Exin totidem *aliæ legiones, & leuis armatura cū equite ſagittario cæteræq; ſociorum cohortes.* Intentus *paratuſq; miles, ut ordo agminis in aciem adſiſteret.* ¶ Viſis Cheruſco*rum cateruis, quæ per ferociam proruperant, ualidiſſimos equitum incurrere latus.* Stertinium *cum cæteris turmis circūgredi tergaue inuadere iubet, ipſe in tempore adfuturus.* Interea *pulcherrimū augurium octo aquilæ petere ſyluas & intrare uiſæ, imperatorē aduertere, exclamat, irent, ſequerentur* Romanas *aues, propria legionum numina.* Simul *pedeſtris acies infertur, & præmiſſus eques, poſtremos ac latera impulit. mirumq; dictu, duo hoſtium agmina diuerſa fuga, qui ſyluam tenuerant, in aperta: qui campis adſtiterant, in*

Diſpoſitio & ordo exercitus.

Pugna & *fuga* Armi*nij.*

ſyluam ruebant, medij inter hos Cheruſci, collibus detrudebantur. Inter quos inſignis Arminius, manu, uoce, uulnere ſuſtentabat pugnam. Incubueratq; ſagittarijs, illa rapturus, ni Rhætorum Vindelicorũq; & Gallicæ cohortes ſigna abieciſſent. Niſu tamen corporis & impetu equi peruaſit, oblitus faciem ſuo cruore ne noſceretur. Quidam agnitum à Chaucis inter auxilia Romana agentibus, emiſſumq; tradiderunt. Virtus ſeu fraus eadẽ Inguiomero effugium dedit. ¶*Cæteri paſſim trucidati, & pleroſq; Viſurgim tranare conantes, iniecta tela, aut uis fluminis, poſtremo moles ruentiũ & incidentes ripæ operuere. Quidam turpi fuga in ſumma arborum niſi, ramiſq; ſe occultãtes, admotis ſagittariijs per ludibrium figebantur, alios prorutæ arbores adflexere. Magna ea uictoria, neq; cruenta nobis fuit, qinta ab hora diei ad noctem cæſi hoſtes, decem milia paſſuum cadaueribus atq; armis oppleuere: repertis inter ſpolia eorũ catenis, quas in Romanos, ut non dubio euentu, portauerant. Hæc ibi.* Et mox in *alia pugna. Germanicus, quo magis agnoſceretur, detraxerat tegimen capiti, orabatq;, inſiſterent cædibus, nil opus captiuis, ſolam intenitionem gentis finem bello fore. Iamq; ſero diei ſubducit ex acie legionem faciendis caſtris. Cæteræ ad noctem cruore hoſtium ſatiatæ.* Hæc & id genus multa de Germanico Cornelius. *Sed & filius eius Caius Caligula, poſtea rerum potitus, expo*

Cædes duorũ agminũ

Alia itẽ pugna cædeſq;

Maximis copijs Ger

tus,expeditionis Germanicæ(referente Suetonio) im=
petum cepit,neq; diſtulit,ſed legionibus & auxilijs un
diq; excitis,delectibus undiq; acerbiſſime actis,contra
cto & omnis generis cõmeatu,quantum nunquam an
te alter, ingreſſus eſt. Quãuis uero ſceleſtiſſimus ille
imperator,& patris ſui diſſimillimus,nihil memorabi
le:ſicut auus,patruus & pater eius:ibi geſſerit. Nõ *ta=*
men ſine graui rerum tuarum damno quanquam ſine
prelio,potuerunt in Germaniã tot legiones auxiliaq;
& noui delectus undiq; exciri.

maniã ingreſſus caligula.

¶Deficiente aũt *belli*
materia,certe non defecit gentium tuarum (quas prio
res imperatores debellauerant) ſeruitus,ac tributorũ
uectigaliũq; penſio,& cõtinuus terror legionum in li
mitibus,per longa multorum deinceps annorum cur=
*ricula.*Nempe *ad* Arcadij & Honorij *uſq; tẽpora.*Hoc
*eſt,per annos plus minus.*CCCC. Tot *enim à natiui=*
tate Chriſti,*quando* Germanicus *belligerari cœpit, ad*
Arcadij principatum, anni reperiuntur in Chronicis.
Tanti *ſane fuere exercitus* Germanici Romanorũ, *ut*
eorum potiſſime conſenſus aut uis aut electio, in cõſti
tuendo imperatore ualuerit. Vt *eſt cognoſcere ex hi=*
ſtoria Vitellij,Seueri,Maximi,Valeriani,Conſtantini,
& Iuliani.*At unde alebantur ac remunerabãtur cõ*
meatu,armis,ſtipendijs donatiuis,& alijs bellorum et
caſtrorum grauiſſimis profecto ſumptibus & impen
ſis tanti tot legionum & cohortiũ exercitus: niſi ex

Tributorũ & *uectigaliũ exactio in* Ger.

D 5 prouin

tributis, uectigalibuſq; & agris prouincialium uici-norũper Gallias & Germanias? Adrianus enim uel in continua pace.xxx.legionibus fertur ſtipendia dediſſe. Quid'q & in bella meorũ, quæ ſane neq; leuia neq; breuia, ſed nec rara erãt: ſufficere cogebãtur, ĩpe rato delectu, arma, uiros, equos ad ſocias et auxiliares copias & cohortes, idq; non æquo cum Romanis legionibus honore. ¶ A graui autem ſeruitute iſta, leuaban tur ex parte Bataui & Mattiaci. De quibus ita ſcribit Cor. Tacitus. Omnium harum (inquit) gentium uirtute præcipui Bataui, non multum ex ripa, ſed inſulam Rheni amnis colunt. Cattorũ quondam populus, & ſeditione domeſtica in eas ſedes trans greſſus, in quibus pars Ro. imperij fierent. Manet honor, & antiquæ ſocietatis inſigne. Nam nec tributis contemnuntur, nec publicanus atterit. Exempti oneribus & collationibus, & tantum in uſum præliorum ſepoſiti, uelut tela atq; arma bellis reſeruantur. Eſt in eodem obſequio et Mattiacorum gens. Protulit enim magnitudo populi Ro. ultra Rhenũ ultraq; ueteres terminos imperij reuerentiam. Ita ſede finibuſq; in ſua ripa, mẽte animoq; nobiſcũ agunt. Cætera ſimiles Batauis, niſi q ipſo adhuc terræ ſuæ ſolo & cœlo acrius animantur.

Bataui olĩ bellicoſi

Cor. Tacitus in de ſcrip. Ger.

¶ Ecce tibi duas gentes à tributis quidem & collationibus immunes, ſed in uſun præliorum uelut arma reſeruatas. Quam graue autẽ fuerit cæteris Galliæ &

Graue iugũ uictarũ gentiũ.

Germaniæ ſubactis gentibus ſub Imperio Romano ſer Cor. Taci=
uitutis iugum, declarat idem Hiſtoricus libro. xx. per *tus in hiſt.*
uerba Claudij Ciuilis: Bataui, regia ſtirpe procreati, lib.20.
qui Vitellio et Veſpaſiano de imperio contendentibus
rebellionem ſuſcitauit. Cœpit itaq; nouare res hoc mo
do. Iuſſu Vitellij Batauorum iuuentus ad delectum uo
cabatur, quem ſuapte natura grauem onerabant mini=
ſtri auaricia ac luxu: ſenes aut inualidos conquirendo,
quos dimitterent. Rurſus impuberes ſed forma cõſpi= Bellũ ciui=
cui (& eſt plæriſq; procera puericia) ad ſtuprum tra= lis Bataui.
hebantur. Hinc inuidia & compoſiti ſeditionis aucto
res perpulere, ut delectum abnuerent. Ciuilis primo=
res gentis & prõptiſſimos uulgi, ſpecie epularũ ſacrũ
in nemus uocatos, ubi nocte ac lætitia ĩcaluiſſe uidet: a
laude gloriaq; gentis orſus, iniurias & raptus & cæte
ra ſeruitij mala enumerat. Neq; enim ſocietatem ut o=
lim, ſed tanquam mãcipia haberi. Quando legatũ gra= Querela
ui quidem comitatu, & ſuperbo cum imperio uenire, Batauorũ.
tradi ſe præfectis centurionibuſq;. Quos ubi ſpolijs et
ſanguine expleuerint mutari, exquiriq; nouos ſinus et
uaria prædandi uocabula. Inſtare delectum, quo liberi
a parentibus, fratres a fratribus uelut ſupremum diui=
dantur. Magno cum aſſenſu auditus, barbaro ritu &
patrijs execrationibus uniuerſos adigit. Miſſi ad Cani=
nefates, ꝗ cõſilia ſociarent. Mox occultis nuncijs pelle
xit Britãnica auxilia. Batauorũ cohortes, miſſas ĩ Ger

maniã

Tumultus Batauorũ duce ciuili. maniã ac tum Moguntiaci agentes, ſtatimq; accitis Friſijs (tranſrhenana gens eſt) duarum cohortiũ hyberna proximo occupato occano irrumpit. Capta igitur & direpta caſtra, deinde uagos & pacis modo effuſos lixas negociatoreſq; Romanos inuadunt. Deinde maiori parta uictoria magna per Germanias Galliaſq; fama, libertatis auctores celebrabantur. Germaniæ ſtatim miſere legatos, auxilia offerentes. Poſt ubi uidet montanum cum mandatis ad ſe miſſum præferocem ingenio, paratumq; in res nouas. Vos, inquit, Treuiri cæteræq; ſeruientium animæ, quod precium effuſi toties ſanguinis expectatis: niſi ingratã militiam, immortalia tributa, uirgas, ſecuros & dominorum ingenia? Hæc Ciuilis.

Cor. Ta. ut ſupra. Verba Tencterorũ ad Vbios. ¶ Haud diſſimilia his ad Vbios in Agrippinenſi Colonia mandabant, miſſis legatis Tencteri, Rheno diſcreta gens. Rediſſe (inquiunt) uos in corpus nomenq; Germaniæ, communibus deis, ſed præcipuo deorum Marti grates agimus, uobiſq; gratulamur, quod tandẽ liberi inter liberos eritis. Nã ad hũc diẽ, flumina ac terras & cœlum quodammodo ipſum clauſerunt Romani, ut colloquia congreſſuſq; noſtros arcerent, uel quod contumelioſius eſt, uiris ad arma natis, inermes ac prope nudi ſub cuſtode & precio coiremus. Sed ut amicitia ſocietaſque noſtra in æternum rata ſint, poſtulamus à uobis, muros Coloniæ munimenta ſeruitij detrahatis.

Et

Etiam fera animalia, ſi clauſa teneas, uirtutis obliuiſcuntur. Romanos omnes in finibus ueſtris trucidetis, haud facile libertas & domini miſcentur. Bona interfectorũ i mediũ cedãt, Inſtituta cultũq; patriũ reſumite, abruptis uectigalibus: quibus Romani plus aduerſus ſubiectos quàm armis ualent. Hæc Tencteri.

Male receſſit Rebellio.

¶ Sed neq; ciuili & Batauis, neque Tencteris alijſque Germanis fœliciter ceſſit ea rebellio. Nam & ciuilis, re tandem male geſta, cum male audiret à ſuis, à Romanis ueniam petijt & obtinuit. Batavi quoque, propoſita ſpe ueniæ, relicto errore, ad Romanos redierunt. Reſpicientes Rhætos Noricoſq;, & cæterorum onera ſociorum, cum ſibi non tributa, ſed uirtutes & uiros indici ſcirent, quod proximum erat libertati. Et ſi dominorum (aiebant) electio ſit, honeſtius principes Romanorum, quàm Germanorum fœminas tolerari.

Velleda uirgo faſticica Cor Tacitus lib.20.

¶ Velleda enim uirgo, nationis Bructeræ, late imperitabat, uetere apud Germanos (inquit Hiſtoricus) more: quo pleraſq; fœminarum fatidicas, & augeſcente ſuperſtitione arbitrentur deas. Tunc quod Velledæ autoritas adoleuit. Nam proſperas Germanis res, & excidium legionum prædixerat. Cui & Mumius Lupercus, inclytus fama & potior Legatus Legionis, inter dona miſſus fuit. Sed coram adire, alloquique Velledam, gentium legatis non licebat. Arcebantur aſpectu, quo uenerationis plus ineſſet. Ipſa edita in turre, delectus

re delectus è propinquis conſulta reſponſaq;, ut inter nuncius numinis portabat. ¶ Et Cerealis Legatus Veſpaſiani, Treuiros ac Lingonas ad concionem uocans, inter cætera increpando dixit. Nec ideo Rhenum inſedimus, ut Italiam tueremur, ſed ne quis alius Ariouiſtus, regno Galliarum potiretur. Eadem ſemper cauſa Germanis tranſcendendi in Gallias, libido atq; auaricia, et mutandæ ſedis amor, ut relictis paludibus & ſolitudinibus ſuis, fœcūdiſſimum hoc ſolum uoſq; ipſos poſſiderent. Cæterū libertas & ſpecioſa nomina prætexuntur. Nec quiſquam alienum ſeruitium & damnationē ſibi cōcupiuit, ut non eadem iſta uocabula uſurparet. ¶ Sed & Germani, qui rebellauerant, armis rurſum ſeruire coacti ſunt, lōge nimirum grauiori ſeruitute, q̃ ſeruierint Agrippinenſes, quos uana perſuaſione ad libertatem reuocabant Tencteri. Nam ita ſcribit in Titulo de Cenſibus ultimo Digeſtorum li. Paulus Iurecōſultus. In Germania inferiori Agrippinenſes iuris italici ſunt. Hoc certe de nulla alia Germaniæ Ciuitate legitur.

Antiquitus multo melior Gallia quā Germ.

ff. de Cenſibus: l. fin.

.S. I Quod ſi longum non foret, plurimis certe exemplis declarari poſſit, quam fineſta & damnoſa fuerit ſub Cæſaribus meis, priuſquā Sedes Imperij Cōſtantinopolis translata fuit, gentibus Germania tuis ſemel ſubactis rebellio. ¶ Certe Veſpaſianus, cum à Claudio Principe Druſi filio & Germanici fratre, Legatus legionis ī

Bella aliorū Cæſarū in Germa.

Ger=

*Germa. miſſus eſſet, & inde in Britanniā trāslatus, tri-
cies (ut ait Suetonius) aut tricies & bis (ut habet Eu-
tropius) cum hoſte conflixit. An uero tot prælia ſine
damno & ſanguine tuorū commiſſa putes? ¶ Sed &
filius eius Domitianus, rerū potius, de Cattis Daciſq;,
poſt uaria prælia (teſte Trāquillo) duplicē triūphum
egit. Atq; etiā bellū ciuile, motū à L. Antonio, ſuperio-
ris Germaniæ præſide, mira fœlicitate cōfecit abſens.
¶ Et Traianus, legatus legionum, apud Agrippinā
īperator, Neruæ adoptione factus. Vrbes trās Rhenū
(ut habet Eutropius) in Germania reparauit, Danam
decibalo uicto ſubegit, prouincia trans Danubiū facta,
¶ Poſt hunc Adrianus, profectus in Gallias, & inde
in Germaniā tranſiens, pacis licet magis cupidus quā
belli, militē tamen quaſi bellū immineret (ut ſcribit Ae-
lius Spartianus) exercuit, tolerantiæ documētis eos im-
buens, ipſe quoq; inter manipula uitā militarē magi-
ſtrabat: cibis etiam caſtrenſibus in propatulo libenter
utens, hoc eſt, larido, caſeo & poſca, exēplo Scipionis
Aemil. et Metel. autoris ſui Traiani. Itē Antoni. pius
per legatos ſuos plurima bella (ut ſcribit iulius Capi-
tolinus) geſſit. Nā & Britannos per Lolliū urbicū lega-
tum uicit, & Mauros ad pacē poſtulandū coegit, &
Germanos & Dacos & multas gentes atq; Iudæos re-
bellantes, cōtudit per præſides & legatos. ¶ Huius
ſucceſſor Marcus Antoninus Philoſophus, & Gatthos
in Ger-*

Veſpaſiani
Domitiani
Eu. lib. 8.
Traini
A[illegible]ia[illegible].
Spartianus in uita Adriani.
Antonini pij.
Marci Anto[illegible].
Alias Catthos.

Bellū Marcomannicū

in Germaniā ac Rhetiā irrumpētes per Aufidiū uictorinū repulit, & bellū Marcomānicū ipſe p ſe magna uirtute cōfecit. In quo Pānonias, Marcomānis, Sarmatis, Vādalis ſimul etiā Quadis extictis, (ut ait Capitolinus) liberauit, & Romæ cū Cōmodo filio, iā tū Cæſare facto, triūphauit. Cū aūt grauis peſtilētia militum plurimos aſsumpſiſſet etiam ſeruos ad maliciam parauit. Armauit & gladiatores. Etiā Dalmatiæ atq; Dardaniæ milites fecit. Emit & Germanorū auxilia cōtra Germanos Marcomānos itaq; in ipſo trāſitu Danubij deleuit, & prædā prouincialibus reddidit. Cōſpirauerant aūt oēs gentes ab Illyrici limine uſque in Galliā.

Cōmodi.

¶ Sub Cōmodo filio eius, iperatore licet peſſimo, uicti tamē ſunt per legatos eius Mauri, uicti Daci Pannōniæ quoq; cōpoſitæ In Britānia, in Germania, & in Dacia. Imperiū eius recuſantibus prouincialibus. Oīa per duces ſedata ſunt. Autor eſt Aelius Lampridius.

Aelij Pertinacis.

¶ Et Pertinax imperator, ante adeptū imperiū multa præclare geſſit, cū in alijs prouincijs, tū etiam in Germania, ſub Marco principe. Nā claſsē Germanicā rexit (ut tradit Capitolinus) & mater cū uſq; in Germaniā proſequuta, ibi obijt, cuius ſepulchrū admodū diu ſtetit. Deinde primæ legioni regendæ impoſitus, ſtati Rhetias & Noricū ab hoſtibus uindicauit.

Didd Iuliani.

¶ Hoc ſene interfecto, largitiōe imperiū adeptus eſt Didius Iulianus, q ſub Marco, poſt præturā, legioni præ

præfuit in Germania uiceſimæ ſecundæ primigeniæ, inde bellicā ſancte ac diu rexit. Ibi Cauchis Germaniæ populis, qui Albim fluuiū accolebant, erūpentibus reſtitit, tumultuarijs auxilijs prouīcialiū. Cattos etiā debellauit. Inde Dalmatiā regendā accepit, eāq; à confinibus hoſtibus uindicauit. Poſt Germ. inferiorē rexit. Hæc Spartianus. ¶ At Septimus Seuerus, q ſub Cōmodo poſt conſulatū exercitui germano (ut ait Spartianus) præpoſitus, ita ſe in ea legione geſſerat, ut famā nobilitatēq; iā ante cumularet, ubi auditū eſt Cōmodū occiſum, Iulianū aūt cū odio cunctorū imperare, à Germanis legionibus repugnans īperator eſt appellatus. Firmatis ergo, quas poſt tergū relinquebat, prouīcijs, Romā iter contendit. ¶ Quorſum hæc Germania? huc certe, ut recogites mecū, quātis tributorū, uectigaliūq; exactionibus, pro tantis exercitibus in ſumptus continuos & ſtipēdia uexata fueris, etiā quiete & pacifice ſeruiens. Quātis itē cædibus populationibusq; à rebellione ad ſeruitutē fueris reuocata. Quantū enī ſanguinis tuorū fuſum putes in. xxxij. prælijs Veſpaſiani? Quantū per uaria prælia Domitiani? Quātū per plurima bella Ducū Antonini Pij? Quantū deniq; in bello marcomānico, in tot gentiū, quæ cōſpirauerant, per trienniū ſtrages? Rex. ergo eos in uirga ferrea, & tāquā uas figuli confregi eos, & in manu mea erat indignatio Dei: atq; ad conterēdū erat cor meū, & ad internitionē (iuxta uerbū prophetæ) gentiū nō paucarū, quia

Septimij Seueri.

Epilogus calamitatū

Pſal. 2.
Eſa. 10.

inuenit manus mea regna idoli. Nunc *autem longe ali ter ago in regno Chriſti. Sed & tu lõge melius nũc ha bes, q̃ habuiſti tũc ſub meis ĩpatoribus rerũ dominis.*

Contẽptibi lẽ oli Ger.

¶ Adeo *nanq; tunc eras, & ui oppreſſa, & tributis ue ctigalibusq; exhauſta: ut imperante poſt* Baſſianum Seueri *filium* Alexandro *(quem à ſumma in milites ſe ueritate itidem* Seuerum *appellauere) grauiſſimũ fue rit (ſi modo uerum ſcribit* Aelius Lampridius*) &* Rei publicæ *& ipſi optimo ſane imperatori, quod* Germa norum *uaſtationibus* Gallia *diripiebatur.* Pudorẽq; *au gebat, quod uictis iam* Parthis, *ea natio imminebat* Rei publi. *ceruicibus, quæ ſemper etiam minuſculis impera toribus ſubiecta uidebatur.*

Expeditio Alexandri Cæſa.

¶ Magnis *igitur itineri bus lætis militibus contendit, ſed à ſeditioſis quiduſdã militibus interfectus eſt optimus princeps, priuſquã in* Germaniã *perueniſſet, tam ſane charus populo iuxta et ſenatui, ut* Roma *proficiſcentẽ cuncti per cl. milia eũ de duxerint.* Itaq; *nihil unquã morte eius neq; triſtius nec aſperius acceperũt ſenatus populusq;* Ro. *ſimul cũ oĩ bus puincialibus.* Sed *& milites cædis autores trucida uerũt.*

Victor Ger manorũ Max. imp.

¶ Omnẽ *aũt belli apparatũ, quẽ* Alexander *in ſtituerat,* Maximus *à militibus imperator factus, tra duxit in* Germaniam. Quanta *uero acerbitate re rumq; damno ultus ſit iſte rebellionis iniurias, ex eius potiſſimum literis, quas* Iulius Capitolinus *ex* Aelio Cordo *refert, intelligere licet.* Ita *enim ſcripſit ad ſe natum.* Nõ *poſſumus tantum,* Patres *cõſcripti, loqui:*

quan-

quantũ fecimus per. CCCC. milia, Germanorũ uicos incendimus, greges abduximus, captiuos abſtraximus, armatos occidimus, in palude pugnauimus. Perueniſſemus ad ſyluas, niſi altitudo paludũ nos tranſire nõ permiſiſſet. Et in oratione ad ſenatũ miſſa, ait: Breui tempore. P.C. tot bella geſſi, quod nemo ueterũ, tantũ prædæ in Romanũ ſolũ attuli, quãtũ ſperari nõ potuit. Tantum captiuorũ adduxi, ut uix ſola Romana ſufficiant. Pacata ergo Germania, Syrmũ uenit, Sarmatis inferre bellũ parãs, cupiens uſq; ad Oceanũ ſeptentrionales partes ĩ Ro. ditionẽ redigere. Quod feciſſet, ni ſenatus ipſam ob crudelitatẽ nimiam hoſtẽ indicaſſet. Repreſſi hoc modo Germani, quieuerũt aliquãdiu ſub ſeruitutis iugo, donec Valeriani infœlicitate & Galieni filij eius ignauia, iugũ erecta rurſum ceruice excutere licuit. Tũc igitur Alemani, exhauſtis Gallijs ĩ Italiã (teſte Eutropio) penetrauerũt. Græcia, Macedonia, Põtus, Aſia, uaſtata per Gothos. Pãnonia à Sarmatis Quadiſq; populata eſt, Germani uſq; ad Hiſpanias penetrauerunt.

Rebellio ſub Galiẽo

¶ Sed breue fuit hoc tuis gaudiũ. Nam & Poſthumus ſubmotis (ut ait Trebellius Pollio) germanicis gẽtibus, Gallias in priſtinã ſecuritatẽ reuocauit. Et Franci cum Victorino à Galieni ducibus deuicti ſunt prælijs cõpluribus. ¶ Et Claudius imperator, interfecto Galieno, egregie Rẽp. uindicauit. Nam aduerſus. CC. Milia Alemanorũ (teſte Eutropio) haud procul à lacu Benaco, in ſylua, quæ Lugana dicitur, dimicãs, tantã multitudinẽ

Clades Germanorum.

A Claudio maximã prælia & ſtrages factæ.

 fudit

fudit,ut ægre pars dimidia ſuperfuerit. Et multo maiorē ædidit ſtragē in Gothis,quibus ſe cōiunxerant diuerſi populi Peuci,Trutungi,Gepidæ,Celtæ, Heruli & cæteri, qui prædæ cupiditate in Ro. ſolum cū illis uenerāt. Id quod breuiſſime cōmemorat Claudius ipſe in epiſtola ad Bracchū,Illyricū tuentē. Deleuimus (inquit) cccxx. milia Gotthorū. Duo milia nauium merſimus,tecta ſunt flumina ſcutis, ſpatis & lanceolis omnia littora operiuntur. Cāpi oſſibus latent tecti, nullum iter purū eſt, ingens carthago deſerta eſt, tantum mulierū cepimus, ut binas & ternas mulieres uictor ſibi miles poſſit adiungere. Pugnatum eſt enim apud Mœſios, & multa prælia fuerūt apud Martianopolim, multi naufragio perierūt, pleriq; capti reges, captæ diuerſarum gentium nobiles fœminæ, impletæ barbaris ſeruis ſenibusq; cultoribus Ro. prouinciæ, factus miles Barbarus et Colonus ex Gottho. Nec ulla fuit regio, quæ Gotthū ſeruū triumphali quodam ſeruitio nō haberet. Autor eſt Trebellius. ¶ Sub Aureliano autem fœlicius pugnauerunt. Marcomanni circa Mediolanum & Placētiam, ea uſi (ut refert flauius Vopiſcus) calliditate, cū cōgredi aperto marte non poſſent in ſyluas ſe denſiſſimas cōtulerunt, atq; ita noſtros ueſpera incumbente turbarunt. Ceſſit tamen Ro. poſt cladē acceptam uictoria. Et Aurelianus finito prælio Marcomannico Romam petijt, & muros Vrbis Romæ ſic ampliauit, ut Quinquaginta prope Milia murorum eius ambitus

Bellū Aureliani.

tuũ tenerent. ¶ Sed omnium glorioſiſſime uicit & ſub Victoria
egit Germanos imperator Probus, quod breuiter ex Probi imp.
eius ad ſenatum epiſtola, quam Vopiſcus recitat, cogno
ſcere licet. Ago (inqt) dijs immortalibus gratias P.C.
quia ueſtra in me iudicia cõprobarunt. Subacta eſt oĩs,
qua tenditur late, Germania, nouem reges gentium di
uerſarum ad meos pedes, imo ad ueſtros, ſupplices ſtra
tiq; iacuerunt. Omnes iam Barbari uobis arant, uobis
iam † ſerunt, & cõtra interiores gentes militant. Sup
plicatiões igitur ueſtro more decernite. Nam & .cccc.
milia hoſtium cæſa ſunt. Et ſedecim milia armatorum
nobis oblata. & .lxx. urbes nobiliſſimæ captiuitate ho
ſtium uindicatæ, & omnes penitus Galliæ liberatæ. Co-
ronas, quas mihi obtulerunt omnes Galliæ ciuitates
aureas, ueſtræ P.C. clemẽtiæ dedicaui, & has Ioui OP.
MAX. cæteriſq; dijs deabuſq; immortalibus, ueſtris
manibus cõſecrate. Præda omnis recepta eſt, capta etiã
alia, & quidem maior quàm fuerat ante derepta. Arã-
tur Gallicana rura Barbaris bobus, & iuga germani-
ca captiua præbent noſtris colla cultoribus, paſcuntur
ad noſtram alimoniam gentium pecora diuerſarum, e-
quinum pecus noſtro iam fœcundatur equitatui, fru-
mẽto barbarico plena ſunt horrea. Quid plura? illis ſo
la relinquimus, ſola nos eorum omnia poſſidemus. Vol
lueramus P.C. Germaniæ nouum præſidem facere, ſed
hoc ad pleniora uota diſtulimus. Hæc in epiſtola Pro-
bus. Deinde petens Illyricum priuſquã eo ueniret, Rhæ

tias ſic pacatas reliquit, ut illic ne ſuſpicionẽ qdẽ ullius terroris relinqueret. Quanta uero contra Sarmatas Geticosq; populos in Illyrico & Thracia, & cõtra Parthos & Blẽmias in Oriente geſſerit, huc non attinet referre. ¶Quoties uero deinde uicti ſint Germaniæ populi à Maximiano Herculio, à Cõſtãtio, à Cõſtãtino, à Iuliano, à Valentiniano, à Gratiano filio eius, et à Theodoſio omnium optimo et religioſiſſimo principe, partim ex Hiſtoricis, partim ex Panègyricis eorum intelligere licet, hic ſummatim pauca recenſebo. Certe ĩ laudibus Maximiani hæc habentur uerba.

Aliorũ imperatorum uictoriæ.

¶Captus eſt rex ferociſſimæ nationis, inter ipſas quas moliebatur inſidias. Et à ponte Rheni uſq; ad Danubij tranſitum continentem, deuaſtatã atq; exhauſta penitus Alemania. Et iterum. Sed neq; illæ fraudes locorũ, nec quæ plura inerant perfugia ſyluarum, barbaros tegere potuerũt, quo minus ditioni tuæ omnes ſeſe dedere cogerentur. Et cum coniugibus ac liberis, cæterosq; examine neceſſitudinum ac rerumſuarum, ad loca olim deſerta tranſirent: ut quæ fortaſſe ipſi quondam deprædando uaſtauerant, culta redderent ſeruiendo. Et uidemus totis porticibus ciuitatum ſedere captiua agmina barbarorum, uiros attonita feritate trepidantes, reſpicientes anus ignauiã filiorũ, nuptas maritorũ copulatas uinculis, pueros ac puellas familiari murmure blandientes, atq; hos oẽs prouincialibus ueſtris obſequium diſtributos, donec ad deſtinatos ſibi cultus ſolitudinẽ

Panegyricus Maximiano dictus. Captiuitas Germanorum.

dinẽ

dinum duceretur. Deuicit ergo crudelis ille imperator Caunos, Friſos, Vitungos, Quados, Carpos, & Frācos atq; etiā Gothos, antiquos nimirū Germaniæ populos. Conſtantius uero Cæſar circa Lingonas in Gallia cum Barbaris pugnans, die una aduerſam & ſecundam fortunā expertus eſt, uti refert Eutropius. Nam cum repente Barbaris ingruentibus intra ciuitatem eſſet coactus, tam præcipiti neceſſitate, ut clauſis portis per murum funibus tolleretur. Vix quinq; horis medijs, aduētante exercitu. lx. fere milia Alemanorū cecidit. Et in Panegyrico Conſtantini ſic habetur de Conſtantio illo patre eius. Multa ille Francorum milia, qui Batauiam aliasq; cis Rhenum terras inuaſerant, interfecit, depulit, abduxit. Liberauit ſeruitute Britannias, plurimas Barbaras nationes uictoria domuit, uenia mitigauit.

Prælij Conſtantij Cæ. Eutropius lib. 9.

¶ Ipſe uero Conſtantinus, cæſis francis atq; Alemannis, captiſq; eorum Regibus, quos etiam beſtijs, cum magnificum ſpectaculum innumeris paraſſet, obiecit: ut ſcribit Eutropius, primus Romanorum Principum (teſte Egnatio) Magni cognomentum tulit. Itaq; ſic legitur in eius Panegyrico. Ruperat fidem gens leuis & lubrica barbarorum, & robore atq; audacia lectis eruptionis autoribus inſtitiſſe Rheno nunciabantur, illico obuius affuiſti, & præſentia tua, ne auderent tranſitū, terruiſti. Etiā uidebaris rem uotis tuis feciſſe contrariam, quod inhibita eruptione nō foret materia uictoriæ. Sed inopinato conſilio uſus (abeundo enī ſimulato

Victi. Ger. à Conſtan. impe.

Bap. Egnatius de Cæ. lib. 1.

nuncio maioris in ſuperiore limite tumultus) occaſionẽ ſtolidis ac ferinis mentibus obtuliſti, in noſtra ueniendi: relictis in occulto ducibus, qui ſecuris adorirẽtur. Quo cum ueniſſent conſiliũ tuũ ſequitur fortuna, toto Rheni alueo oppleto nauibus, deuectus, terras eorum ac domos mœſtas lugentesq; populatus es, tantãq; cladem uaſtitatemq; periuræ genti intuliſti, ut uix poſt illud nomẽ habitura ſit. Quid autẽ hoc triumpho pulchrius? q̃ cædibus hoſtium ueteris etiam ad noſtrũ omniũ uoluptatẽ, & pompã munerũ de reliquijs barbaricæ cladis exaggeras? Tantã captiuorũ multitutinẽ beſtijs obijci: ingrati & perfidi, non minus doloris ex ludibrio ſui, quã ex ipſa morte patiantur. Inde eſt q̃ cũ exitum differre liceat, perire feſtinant, ſeſeq; letali bus uulneribus & mortibus offerunt. Ex quo ipſo apparet, quàm magnũ ſit uiciſſe tã prodigos ſui. ¶ Sub Conſtantino deĩde Auguſto, Iulianus Cæſar ad Gallias miſſus eſt, cũ multa oppida Barbari (ut ſcribit Eutropius) expugnaſſent, alia obſiderẽt, ubiq; fœda uaſtitas eſſet, Romanũq; imperiũ dubia iã calamitate nutaret. A quo modicis copijs apud Argentoratũ Galliæ urbem, ingẽtes Alemanorũ copiæ extinctæ ſunt. Rex nobiliſſimus captus, Galliæ reſtitutæ. Prælium illud pulcherrime deſcribit Ammianus Marcellinus Iuliani illius cõmilito, ac eques ſtrenuus, ſed longũ foret referre totũ. ait aũt ĩ hac pugna, Romani quidẽ. cclij. Rectores uero quatuor. Ex Alemanis uero ſex, ex alijs millia corporum

Dirũ ſpectaculum.

Victoriæ IuliamCæ.

Eut. li. 10.

Ammi. Marcel. lib. 16.

porũ ſunt inuenta *in cãpo cõſtrata, & inæſtimabiles mortuorum acerui per undas fluminis* (Rheni *ſcilicet*) *ferebãtur.* Tũc *Iulianus* Chonodomariũ *regẽ iuſſit offerri, qui primo curuatus, deinde humi ſuppliciter fuſus, gentiliq́; pace ueniã poſcens, bono anĩo eſſe eſt iuſſus.* Fuerũt *& alij Germanorũ reges iſti* Iuliano, *poſteaquã ponte* Rhenũ *tranſijt, ſupplices & deditici j, de quibus idẽ author, uelut ocularis teſtis, ad lõgũ ſcribit.* ¶Poſt Iulianũ *Saxones, gentẽ in* Ocrã *littoribus (ut ait* Paulus Diaconus) *& paludibus inuij ſitã, uirtute atq; agilitate terribilẽ, in* Ro. *fines eruptionẽ meditantẽ, Valentinianus imperator, in Francorum finibus oppreſſit.* ¶Et *filius eius Gratianus, admodũ iuuenis, cũ inæſtimabilẽ multitudinẽ hoſtiũ,* Romanis *infuſa finibus cerneret, fretus* Chriſti *potentia, longe impari militum numero, ſeſe in hoſtẽ dedit.* Et continuo *apud* Argentariam *(ita uocat* Oroſius, *cuius uerba refert* Diaconus) *oppidũ Galliarũ, formidoloſiſſimũ bellũ incredibili felicitate confecit.* Nam *plus quã.xxx.milia Alemãnorũ, minimo Romanorũ detrimẽto, in prælio interfecta narrantur.* ¶Q*uãtas uero Germanorũ copias fuderit* Theodoſius *imperator, primũ ſuperato Maximo Gratiani interfectore.* Deinde *uicto* Arbogaſte *Valentiniani.* II. *ſtrangulatore & Eugenio Tyranno, longũ eſſet enumerare.* Et *in* Panegyrico *eius de patris eius laudibus uirtutibuſq́; prædicandis eleganter ait Latinus Pacatus.* Sed *quid faciã? nouã quandã pa-*

Lib. 17. Valẽtiniani.

Rerũ Ro. li. 11.

Gratiani

Oroſius. li. 7. c. 19.

Theodoſij.

 tior ex

Honorij pa-
tris eius.

tior ex copia difficultatẽ.Quid inq̃ faciã?quæ Rhenus aut Vocalis uidit aggrediar?Iam ſe mihi Sarmatica cæde ſanguineus Iſter obijciet.Attritam pedeſtribus prælijs Batauiã referã?Saxo conſumptus bellis naualibus offeretur.Redactũ ad paludes ſuas Scotũ loquar?compulſus in ſolitudines auias omnis Alemanus & uterq; Maurus occurrent.

Irruptio
Barbarorũ

¶Peruenimus nunc Germania,uſq; ad Arcadiũ Honoriũq;,Theodoſij filios: ſub quibus Ro.imperiũ,& fraude ductũ:cũ admodũ iuueneseſſent ipſi imperatores:& Barbarorũ excurſionibus inundationibusq;,uehementer eſt inclinatũ. Tunc ergo cœperunt Barbaræ gentes populariter emigrare in ſedes alienas,Franci & Burgundiones in Gallias.Viſigothi, capta & direpta prius urbe ac uaſtata Italia, in Hiſpanias,Oſtrogothi in Pannonias,Saxones angli in Britãnias,Vandali & Alani per Hiſpanias in Aphricam.

Cædes hu-
norum
& Gotho-
rum.
Paulus Dia
conus
lib. 15.

¶Paulopoſt irruentibus infinita multitudine Hunis cum rege Attila,cõmiſſum eſt atrociſſimũ illud præliũ in campis Catalaunicis,in quo.clxxx.milia (teſte Diacono)hominũ cæſa referuntur. Sed & Radagaſus rex cũ.cc.milibus Gothorũ,in aſperis Feſulã montis iugis concluſus, haud ita diu antea debellatus fame fuerat. Vbi tanta fuiſſe fertur multitudo captiuorũ Gothorũ, ut in uiliſſimarũ pecudũ modũ,ſingulis aureis paſſim greges hoĩm(uti ex Oroſio refert Diaconus)uenderẽtur.

Oroſius
lib.7.c.26.

¶ Varia deinde prælia fuerũt emigratarũ Germaniæ gentiũ,nũc cõtra ſe inuicẽ,nũc inter ipſas & Ro.

impe

imperatorũ duces. Quis enim ſatis æſtimare aut cõme morare queat, quantũ ſanguinis fuſum ſit in Hiſpanijs à Viſigothis, iam cũ Vandalis & Alanis, iã cum Frãcis præliantibus. Quantũ in Gallijs à Francis & Burgun dionibus. Quantũ in Italia ab Oſtrogothis. Quãta enĩ fuere unius Thedorici regis prælia? Etenĩ quantus fue rit ille Heros & in re bellica, & in Ro. diſciplina, in iuſtitia, in prouinciarũ moderatione, nulla ſatis expli cat hiſtoria. Ex. xij. libris epiſtolarũ Caſſiodori conijce re licet. Certe ſi Arrianã ab eo labem tollere poſſis, uix aliũ queas dare principem illo aut armis aut ſapientia maiorem. Ille fortiſſimũ regẽ Herulorũ Odoacrem & multis grauibusq; prælijs uicit, et ad deditionẽ coegit. Ille Traſillam Gepidarũ regẽ, ſibi inſidiantẽ, in pugna extinxit. Ille Buſam Bulgarorũ regem magno cũ agmi ne proſtrauit, uti refert Diaconus. Ille Ro. ſenatus am plitudinẽ urbisq; publica ædificia magnificẽtiſſime in- ſtaurauit. Ille multas Barbarorum prouincias quas ar- mis ſubiecerat. Ro. legibus reformauit. Ille templũ bea ti Petri ornauit (ut ſcribit Platina) trabe argentea M. & xl. librarũ, Ceroſtratis argẽteis duarum librarũ et lxx. ¶ Et tamẽ ſi hodie quæras, ubi nũc nõ dico regnũ ſed extent ac ſuperſint in qualibuſcũq; poſteris tũ bel- licoſæ gentes, nihil certi inuenies. Deleti ſunt enim Vi ſigothi, partim à Saracenis, partim à Francis. Hæc enĩ ſunt uerba Platinæ. Vnde Viſigothi oẽs, qui citeriorẽ Hiſpaniã & partẽ Galliæ occupauerant, auxilio caren

Prælia emi gratarum gentium.

Rex Theo doricus.

Lib. 16.

Platina in uita Hor- miſdæ. P. P

Deletæ gẽ- tes emigra tæ.

In uita Gre gorij. 3.

tes, in

tes,in poteſtatē Caroli Marcelli deuenere. Atq; ita Gothi,qui.ccc.propè annis imperauerant,funditus deleti ſunt præter paucos,quos Brachinonēſes ab interitu liberarunt. Vandalos autē in Aphrica & Oſtrogothos in Italia debellauit & extinxit dux Iuſtiniani imperatoris Beliſarius Narſesq́;,Gepidarū & Longobardorum auxilijs.Et Longobardi in Italia regnū amiſere, à Carolo Magno debellati,poſteaquā.cc.&.iiij.annis, ibi regnauerāt.¶Burgundiones aūt & Frāci in Gallijs,Angliq́; Biritannijs, ſalui quidē manſere ab eiuſmodi interitu,perdiderunt tamen & ipſi patrium morem linguamq́; natiuam.

Platina in Adriano.I.

Epilogus calamitatū Germaniæ ante eius cōuerſionē

¶ Habes nunc Germania, quā infelix fuerit & rerū & Gentiū tuarū ſtatus antequā Pontificū meorū pietate et opera Chriſti fidem legeſq́; ſuſcepiſti.Quid enī habebas primm,de quo multū gloriari poſſis,niſi bellicoſas gentes et Mauortia(ut aiūt Poëtæ)regna?Quoties autē gētes tuæ,quālibet robuſtæ,pugnaces & aīoſæ, à Romanis meis sūt nūc prælijs aut multa cæde,pfligatæ aut ad internitionē uſq; conſumptæ: nunc bellica ui ī ſeruitutē redactæ tributiſq; ac uectigalibus grauiter uexatæ? Quæ rogo natio alia toties à diuerſis imperatoribus & ducibus meis bello eſt perdomita, et à rebellione ī ſeruitunē reuocata?Quid ergo ſine Chriſto profuerunt ualida arma,fortia pectora & robuſta corpora tuis tot populis & gentibus contra unū ſenatū Populūq́; Romanū?¶ Quod ſi bellica gloria tunc

Turpis Germanorum

mihi

mihi,licet inuita ſemperq; renitens, ceſſiſti: quid erat obſecro aliud tibi reliquū in quo mihi nō ceſſeris? Nū religio? At DCC. annis habuerā ego Chriſtianæ pietatis Pōtifices Maximos, quando tu barbariſſima idola colebas Teutanem, immolans ei uictimas humanas, uti pulchre canit Lucanus, dicēs Et quibus immitis placatur ſanguine diro Teutanes. Nū forma Reipublicæ? At mihi erant omnis generis Magiſtratus, ampliſſimus ſenatus, Princeps Auguſtus, Leges ciuiles, ius prætoriū, & quarūlibet quæſtionū criminūq; & cauſarū iudicia. ¶ Tibi autē pro Magiſtratibus erant ſacerdotes & fœminæ fatidicæ, cū neq; animaduertere (ut ſcribit Cor. Tacitus) neq; uincere, ne uerberare quidē niſi ſacerdotibus permiſſū eſſet. Quanta uero fuerit Velledæ fœminæ Veſpaſiani tēporibus authoritas, ſupra cōmemorauimus. De qua & apud Statiū elegans extat carmen, in hunc modū. Captiuæq; preces Veledæ cui maxiā nuper Gloria. Vnde dicebātur recte Bataui. Si dominorū electio ſit, honeſtius Principes Romanorū, quā Germanorū fœminas tolerari. ¶ Quod ſi ædificiorū ſiue ſplendorē ſiue cōmoditatē iactites, mihi certe unū palatiū aut capitoliū (ut de Theatris, Thermis, Aquęductibus, Tēplis, Curijs, alijsq; id genus publicis ædificijs taceā) maioribus impēſis rebusq; præcioſis conſtructū erat & exornatū, quàm oēs oīm regū tuorū regiæ curiæq; principū tunc fuerint, etiā in ſimul collectæ. ¶ Neq; puto te adeo impudentem eſſe

religio antiquitus.

Lucanus i Phra. li. I.

Magiſtratus olim in Ger. In lib. de moribus Ger.

Statius lib. I. Syluarum

Cor. Tacitus lib. 20.

In omnib9 olim excelluit Roma Ger.

poſſe

poſſe, ut quod opibus oppidisue me tūc anteceſſeris, dicas.

De morib. Ger.

Hæc enī ſunt uerba Cor. Taciti. Argentū (inquit) & aurum propitij an irati dij negauerint, dubito. Et paulopoſt: iā & pecuniā (īquit) accipere docuimus. Et mox ſubdit: Nullas Germanorū populis urbes habitari, ſatis notū eſt, ne pati quidē inter ſe iūctas ſedes.

Plinius in naturali hiſto. li. 3. c. 5.

De me aūt (de Roma inquā in flore) ſic ait C. Plin. Claudebatur ab Oriēte aggere Tarquinij inter prima opere mirabili. Nāq; eū muris æquauerat, qua maxime patebat aditu plano: Cætero munita erat præcelſis muris aut abruptis montibus. Niſi quod expatiātia tecta multas addiderant urbes in prima regione. Erat autē ipſa in. xiiij. regiones diuiſa.

De morib. Ger.

¶ Ne aūt glorieris pecorū & armentorū numero, quāuis eæ ſolæ & gratiſſimæ tū fuerint (Tacito teſte) opes tuæ: Audi quid de C. Ceci. uno ciuiū meorū haud ita inſigni ſcripſerit C. Pli.

C. Plinius in naturali hiſto. li. 33. c. 10.

Hic (inquit) teſtamēto ſuo edixit, quāuis multa ciuili bello perdidiſſet, tamen relinquere ſeruorum quatuor milia. cxvi. iuga boum tria milia. DC. reliqui pecoris cclvij. milia. in numerato pondo. DC. milia. Qui funerari ſe iuſſit ſeſtertijs. xi. milibus.

Meliores uellæ Ro. quā G. Iul. Capitolinus in uita Gardia.

¶ Poſtremo, ne uillarū multitudinē iactites, quādo colebāt tui diſcreti (ut ait Tacitus) ac diuerſi, ut fons, ut cāpus, ut nemus placuit. Oppono tibi unius uillæ deſcriptionē, ſiue Gordianorū uillæ uia prænestina in Iulio Capitolino, ſiue Laurentinæ aut Thuſcæ uillæ Plinij ſecū. in eius epi. Videbit procul dubio prudens lector ac rerum æſtimator,

unā

unã eiuſmodi uillã (quales certe p̃multi habuerũt oli ciues mei) maioris fuiſſe precij quã. x. milia uillarum tuarũ, quæ ex materia īformi (ut ait Tacitus) & citra ſpeciẽ aut delectationẽ cõſtructæ erant. ¶ Inſpice igitur Germania parũper teipſam, & audi uel per epilogũ, qualis ante ſuſceptã Chriſti fidẽ fueris, bellis ſcili. inquieta & infœlix, à meis toties uicta, toties populatione agrorũ uillarũq́; (urbes enī tibi nullæ erãt) incẽdio uaſtata, toties graui rerũ hominũq́; dãno in ſeruitutẽ reuocata, toties miſerabili captiuorũ nobiliſſimorũ ſorte triũphata. In Germanici enī triũpho illuſtriũ uirorum (uti refert Strabo Græcus author) ducta ſunt corpora ſimul & fœminarũ, Semiguntus Segeſti filius, Cheruſcorũ ductor, & ſoror eius. Vxor item Arminij oīm ſanę illuſtriſſimi, cũ filio paruulo, nẽpe trimo. Nomẽ uxoris Thaſnelda, filij Tũelicus. Et pleriq; alij. Cõſtãtinus uero Maximus etiã Reges tuos ad populi ſpectaculũ beſtijs dilaniãdos obiecit. At clemẽtius egerũt Probus & Iulianus. Ille nouẽ reges gentiũ tuarũ uenia donauit, poſtquã iacuerũt ſupplices ſtratiq́; ad pedes eius, hic Rhenũ tranſgreſſus Sumoariũ Hortariũq́; reges, pacẽ curuatis (ut ait Marcellinus) genibus ſuppliciter orãtes, in deditionẽ accepit. Qui deinceps, uelut inter tributarios nati & educati, obſecundabãt īperio ingrauate: cũ pauloante īmaniter tumẽtes rapinis diteſcere fuiſſẽt adſueti. Talis fuit tuis tũ contra me ſors bellica. ¶ Cõe aũt erat (ut ait Strabo) oībus

Qualis. Ger. ante conuerſione Bellis infœlix.

Strabo in Geographia. li. 7.

Vopiſcus in Vita Probi.

Lib. 17.

bus

bus,qui tractū tuū incolebāt,aut aliò facile migrarēt,
& propter uictus tenuitatē, & ꝓpter agrorū ignauiā
colendarū,et ꝓpter inopiā pecuniarū. Cūq; in Tugu-
rijs habitarent,in diem habebāt ſupellectilē,plurimā è
pecoribus trahētes alimoniā,ſicut et Nomades,eorūq;
inſtar,domeſticū ī carris tollētes inſtrumētū cū,quoq;
ſors tulit et opinio,ſuis cū armētis cōuertebātur.Bella
cū finitimis gerebāt, cauſas eorū ex libidine (ut ſcri-
Pomp.Mela ii.3. Geographiæ. bit Pōponius Mela)accerſentes,neq; īperitādi ꝓlatā-
diq; quæ poſſidebāt(nā ne illa qdē enixe colebāt)ſed ut
circa ipſas quæ iacēt uaſta eſſēt.Ius in uiribus habebāt,
adeo ut ne latrocinij quidē puderet.¶Terra ipſa mul-
Qualis olim terra Ger. tis īpedita fluminibus,multis mōtibus aſpa, & magna
ex parte ſyluis ac puludib9 īuia.Etſi aliq̄nto ſpecie dif
ferebāt,ī uniuersū tamē(ſi Ta. credas)aut ſyluis hor
rida paludibus fœda erat. Itaq; poplos tuos triſte(ut
ſcribit Seneca)primebat cœlū,maligne ſuſtētabat ſteri
Seneca in lib.de diuina pruuidētia.c.4. le ſolū,imbrē culmo aut frōde defendebāt,ſup durata
glacie ſtagna proſultabāt,in alimentū feras captabāt,
Nulla illis domicilia,nullæq; ſedes: niſi quas laſſitudo ī
diē poſuit. Vilis & hic manu quærendus,uictus,hor-
renda iniqtas cœli,intecta corpora.Hoc,qd'alijs calami
tas uidetur,tot gētiū uita erat.Quibus pigrū et ineris
uidebatur)teſte Tacito)ſudore acqrere,qd' poſsis ſan
guine parare.Materia munificētiæ p bella & raptus.
¶Subterranei ſpecus, quos multo inſup fimo onera-
Qualis olī tegmemta. bāt,ſuffugiū hyemi & receptaculū frugibus.Tegumē

omni

oibus erat ſagū fibula,aut(ſi deſit)ſpina conſertū.Cæ
tera intecti,totos dies iuxta focum atq; ignē agebāt.
Locupletiſſimi ueſte diſtinguebantur nō fluitāte, ſicut
Sarmatæ ac Parthi,ſed ſtricta,& ſingulos artus expri
mente. Mela breuius & mirabilius ait.Viri ſagis uelā *Qualis*
tur aut libris arborū,quāuis ſæua hyeme.¶ Dotē (in- *Dos.*
quit Cornelius,nō uxor marito,ſed uxori maritus of-
ferebat,intererant parentes & propinqui, ac munera
probabāt.Munera non ad delicias muliebres quæſita,
nec qbus noua nupta comatur:ſed boues & frenatū e-
quū,& ſcutū cū framea gladioq;. In hæc munera ux-
or accipiebatur,atq; iuicē ipſa armorū aliquid uiro af
ferebat.¶ Dominū ac ſeruū nullæ educatiōis deliciæ *Qualis e-*
diſcernebant.Inter eadem pecora,in eadem humo dege *ducatio*
bāt, ī omni domo nudi ac ſordidi:donec ætas ſepararet
uirtus agnoſceret.Epulæ & conuictus largi,ſed incō-
pti. ¶ Cibi ſimplices,agreſtia poma,recens fera,aut
lac concretū,ſine apparatu, ſine blandimentis expelle
bant famē.Aduerſus ſitim non eadem temperantia . Si
indulſeris(inquit Cornelius)ebrietati,ſuggerēdo quā-
tū concupiſcūt,haud minus facile uicijs quā armis uin
centur. Agri pro numero ruborū ab uniuerſis per ui
ces occupabantur, quos mox inter ſe ſecundū digna-
tionē partiebātur,facilitatē patiendi camporū ſpacia
præſtabāt.Arua per annos mutabant, & ſupererat a-
ger.Nec enim cū ubertate & amplitudine ſoli labora-
re cōtendebant, ut pomaria conſererēt & prata ſepa-
rarent, & hortos rigarēt,ſola terræ ſeges imperaba-

 tur.

tur.❡Vnde annũ quoq; ipſum nõ ĩ totidẽ digerebãt ſpe
cies.Hyems & uer & æſtas intellectũ ac uocabula habe
bãt,Autũni pinde nomẽ ac bona ignorabãtur.Literarũ
ſecreta uiri pariter ac fœminæ ignorabãt . Tũ ad nego
cia,nec minus ſæpe ad cõuiuia,pcedebãt armati, diẽ no-
ctẽq; cõtinuare potãdo,nulli probrũ erat.Potus humor
ex ordeo aut frumẽto in quãdã ſimilitudinẽ uini corru-
ptus.Crebræ,ut ĩter uinolẽtos,rixæ raro cõuicijs,ſæpi9
cæde et uulnerib. trãſigebãtur.❡Hæc tuorũ erat Ger-
Qualis Ger. mania uita,hi mores,hic ſtatus rerũ priuſquã religionẽ
tpe cõuerſi ſuſcepiſti mea ĩſtitutiõe Criſtianã.Nec meliorẽ te inue-
onis. nerũt Legati mei,sãcti Epiſcopi Bonifacius, Rupertus,
Hildigarius, Kilianus,et cæteri,qui te primo Criſtia-
næ pietatis lacte potauerũt, ueraq; religiõe imbuerũt.
Quos nõ parũ iuuerũt arma Pipini Regis & filij eius
Caroli Magni Quas.n.tũc hẽbas trãs Rhenũ et Danu-
biũ urbes?quas literas?q̃ artificia,q̃ uitæ ĩſtituta? quos
faſces?quos faſtos ? q̃ feſta?qualẽ uictũ? qualẽ ueſtitũ?
quas opes ? q̃ cõmercia? quales reges ? qualẽ religionẽ?
❡Poſtquã uero p Euangeliũ ego in Chriſto te genui,et
Cum fide per meos legatos prædicaui tibi Chriſtũ dei uirtutẽ &
Chriſti re- dei ſapiẽtiã,oĩa tibi in melius ceſſere,Quia ſermo meus
cepit pari et prædicatio mea nõ erat ĩ pſuaſibilib9, hũanæ ſapiẽtiæ
ter omina uerbis,ſed ĩ oſtẽſiõe ſpũs et uirtutis,nõ.n.ſapiẽtiã huius
bona. ſcl'i,ſed dei ſapiẽtiã in myſterio, q̃ nemo principũ huius
1 Cor.4. ſcl'i cognouit,tibi loq̃bar.Vt ego, ſapiẽtiã illã ſuſcepiſti
c.1 & 2. et præpoſuiſti eã regnis et opibus,uenerũt tibi oĩa bona
Sap.7. pariter cũ illa & innũerabilis honeſtas p manũ illius.

Ego

Ego ſanè illã à ſummis Apoſtolis Petro & Paulo ſine fictiõe didici, et ſine inuidia cõmunico, et honeſtatẽ illius nõ abſcõdo. Venerũt itaq; tibi oĩa bona pariter cũ illa, imperiũ, honores, dignitates, urbes, opes, literæ, prudẽtia, pietas, ingeniũ, et qcquid honeſtũ aut utile ẽ apd' quoſcũq; mortales. Sed et elementa cœlũq; ipſum in bona tua, poſito priſtinæ inclemẽtiæ rigore, meliorẽ operã et influxũ cõtulerũt. Cur ita? Quia ſcriptũ eſt. Si audieris uocẽ domini dei tui, ut facias atq; cuſtodias mãdata eius, abũdare te faciet domius oĩb. bonis. Aperiet theſaurũ ſuũ optimũ, cœlũ ut tribuat pluuiã terræ tuæ in tpe ſuo, benedicetq; cũctis opibus manuũ tuarũ.

Quãta bona uenerũt Ger. ex cõuerſione

Deut. 28.

¶ Itaq; ſi nũc ex mortuis reſurgerẽt Strabo, Seneca, Tacitus. Mela, et cæteri priſcorũ Geographi et Hiſtorici, utiq; multo aliter nũc de te ſcripturi eſſent, quã antea ſcripſerũt. Nõ eſt .n. nũc ꝑpetua apd' te hyems, ut ſcripſit Seneca, Neq; Autũni nomen bonaq; ignota ſunt tibi, ut ſuo tpe ueriſſime ſcripſit Tacitus. Neq; emigrãt hodie poplariter gẽtes meæ ut olĩ, neq; habitãt ĩ tugurijs in diẽ habentes ſupellectilem, ut ſcripſit Strabo. Neq; uelantur hodie libris arborũ ut Mela tradidit, niſi forte in ſcæna aut ludicro Bachanali.

Altera nũc quã olim Ger.

Seneca in li. b. di. p.

¶ Riget quidẽ adhuc hyems plærũq;, ſed eã habes cõtra eius aſperitatẽ tũ ueſtiũ, tũ ædificiorũ cõmoditatẽ et remedium, ut hodie tolerabilior ſit tuis quã Ital' Græcisue aut Gallis niuoſa et frigore quãlibet ſæua hyems. Nõ op9 eſt tibi nunc ſubterraneos ſpecus multo onerare fimo, uelut hyemi ſuffugiũ, ut olim. Viuũt.n. ciues tui, nõ ſo

Tolerabil' nunc hyems in G.

lũ cõmode, ſed etiã laute et delicate in hypocauſtis ſuis, tũ amplis & lucidis, tũ uario plærunq; deliciarũ genere inſtructis & ornatis, ridentes exteriorẽ hyberni frigoris rigorẽ, quo & barba & capillus rigida inhorreſcit pruina: dũ ipſi fruũtur intus ad placitũ, aut uerna tẽperie, aut æſtiuo per artẽ immo p fornacis ignẽ calore. Et ubi in publicũ exire libet, ea habent nũc ueſtimenta, ut nõ ſolũ ſint contra hyemis iniurias muniti ſed etiã ad ſpeciẽ uel nimiũ ſupbe ac precioſe ornati.

Clæmentia cæli nunc ĩ Ger. ¶ Nõ eſt igitur hodie tuis hyems grauior quã Græcis aut Italis. In reliquis autẽ partibus anni ita clementer apit tibi dominꝰ theſaurũ ſuũ cœlũ, ut alia uix ſit ĩ uniuerſo terrarũ orbe gens aut natio, quæ pluribus fruatur in optima temperie cœli bonis, Ver pingit uario gemmantia prata colore. Ignea ueſtit agros culmis cerealibus æſtas. Vitibus autũnus urgentes detrahit uuas.

Virgilius de tẽporib. anni.

Syluæ & paludes mutatæ. ¶ Nõ eſt nunc, ut olim, terra tua in uniuerſum aut ſyluis horrida aut paludibus fœda. Quæ olim ferarũ erãt luſtra, nunc hoĩm ſunt domicilia, urbes, oppida, pagi, arces, caſtra, uillæ, uici. ¶ Saltus Hercynius qui olim lx. dierũ iter occupabat, hodie nuſquã tã lata eſt, ut unius diei iter ſine pagis aut oppidis agrorũq; feraciũ cultu occupet, nõ horret nunc uaſta ſolitudine, ſed pulcherrimis ac maxime proceris arboribus præbet ſyluã cæduã ædificantibus, ac gratiſſimã ferarũ uenationẽ Principibuſq; & nobilibus terræ.

Sylua Hercynia.

Paludes. ¶ Fœdæ & inutiles paludes, quæ olim nõ niſi ad impediendũ iter hoſtiũ utiles erãt, nunc aut exiccatæ ſunt penitus atq;

in

in uineas aut fertiles agros mutatæ, uario piſciũ fœtu dominis cenſum, et prælargos redditus piſcatoribus lucrũ, hominibus cibũ ac uoluptatẽ afferunt. ¶ Tuguria tua excreuerunt in ampliſſimas urbes. Nolo hic eas cõmemorare, quæ in altera ripa Rheni (ubi antiquitus Galliarũ bona pars fuit) ante Chriſtianiſmũ tuũ magnæ et celebres urbes fuere, licet alia habuerã nomina ut Baſilea, Argentina, Spira, Vuormacia, Moguntia, Colonia, & quæ introrſum et inferius prius ad hodiernos Galliarũ fines poſitæ ſunt. Neq; eas referã, quæ in Rhetia, Vindelica, Norico & Pannonia, antiquis meis prouĩcijs ſitæ ſunt. Neq; eas itẽ recẽſebo, quæ ultra Albim in magna (ut uocant) Germania in Boreã ad Oceanũ & Codani ſeu Balthei ſinus littora uergunt, quis .n. eas enumerare facile queat? ¶ Duas duntaxat urbes imperiales in media Germania ſitas propono Norinbergã & frãcofordiã. Quarum hæc uilla, illa ſylua ſub Carolo magno fuit. Nunc aũt Norbemergæ tantus eſt ædificiorum ſplendor, tã egregia Reſpublica, ut etiã Itali atq; adeo Ro. Pontificũ legati, ſatis illuſtrem & inſignẽ eſſe putẽt eã ciuitatẽ, etiã ſi in media Italia ſita foret. Credo equidẽ in una urbe illa hodie plus eſſe ædificiorũ tũ publicorũ, tum priuatorũ, prudenter & magnifice, nõ ſolũ ad commmoditatẽ ſed etiam ad aſpectũ & uoluptatẽ extructorum, plus opum mercimoniorũq; & artificiorrũ, plus itẽ urbanitatis, ingenij, prudentiæq; & uariarũ linguarum ſcientiæ, hominumq; expertorũ & idiomatũ, peritiæ: quã fuerit olim an

Tuguria in urbes mutata.

Normber,

te ſuſceptũ à te Chriſtianiſmũ uniuerſa quã lata longaq; eſt inter Danubiũ Rhenũq; & Albim, Germania

Frãcofor. ¶Sed et Frãcofordiæ tales nunc ſunt Nundinæ ſingulis annis binæ: quales nõ fuere ante Chriſtianiſmum in tota unquã Germania. Quæ enim Natio Chriſtianorum non habet ijs diebus ibi ſuos mercatores? quanta tum negociatio? quam copioſæ & diuerſæ merces? quantus hominũ confluxus? quantus diſcurſus? quãta plauſtrorũ nauiũq; multitudo? Quid ſimile de priſcis unquã legiſti Germanis adhuc idololatris?

Nõ eſt hodie ſclis in Ger. paupertas, ut olim

¶Quis rogo uel ruſticorũ aut mercenariorũ tuorum hodie adeo inops eſt & infortunatus, ut nullũ ſit ei domiciliũ, nulla ſedes, niſi quã laſſitudo in diem ponat. Et cui non alia ueſtis ſit quã ſagũ breue & ſtrictum, fibula aut ſpina conſertum, quod ſingula exprimat membra. Et qui culmo ſolũ aut fronde imbrẽ arceat, atq; in diẽ ſupellectilẽ habeat & omne domeſticum inſtrumentũ ſecũ uehat in carris, ut ſe conuertat quocunq; ſors tulerit aut opinio? At iſta olim ſcribebantur de uniuerſis tuis gentibus generatim.

Nuncadmodũ fertile ſolum

¶Erat tunc ſterile ſolũ & ſumma colendorũ agrorum ignauia. Nũc adeo fertile tibi ſolum eſt, ut meus Aeneas Syluius Pius Papa II. ſcribat oculari teſtimonio, ut alicubi frugum culmi uirum equo inſidentẽ excedant. Tanta itẽ ſolertia agrorum uarie colendorum ut præter oliueta (quæ per naturã Aquilonaris tractus ferre nequit) nulla tibi ſpecies boni ruris: de quo admoneat Cato, Varro, Columel

Aeneas ſyluius in reſcriptione Europæ.

mella, Celſus aut Palladius, deſit. Ait ſane & breuiter & pulchre antiquus Cato. Optio loco emito iugera cẽtum agri. Vinea eſt prima, ſi uino multo eſt. Secundo loco hortus irriguus. Tertio ſalictum. Quarto oletum Quinto pratum. Sexto campus frumentarius. Septimo ſylua cædua. Octauo arbuſtum, nono glãdaria ſylua. Quid autẽ hic deſiderãt nunc Germani præter oliuetum, quod per naturã denegat eis ſitus regionis & poſitio cœli. At pro eo habent hortos nucũ, hortos leguminum unde parant oleum, hortos item conſitos generibus arborum fructiferarum infinitis. Neq; olearum deeſt eis oleum ſupplente mercatorum induſtria, quod natura loci aut regionis denegat.

M. Cato Priſcus de re ruſtica li. 1. c. 1.

Vides igitur Germania, quã fœliciter ceſſerit tibi gentium tuarũ ad Chriſtũ mea prædicatiõe & opa cõuerſio. Venerũt enĩ & apprehenderũt te per eã oẽs benedictiones, quæ ſcriptæ ſunt in lib. le. do. uti facile intelligit, quicũq; eas legerit, hic nimis longũ fuerit ſigillatim de oĩbus dicere.

Poſt cõuerſionẽ Benedictiones dei. Deut. 28.

Vt uero cognoſcas, quãta ego te charitate præ alijs natiõibus à primo cõuerſionis tuæ tẽpore in hãc uſq; hor ultra. Dcc. ãnos ſingulariter proſecuta fuerim, paucis commemorabo, quæ ad rẽ attinent.

¶ Anno ſalutis Dccci. deuictis iam Caroli magni & Pipini patris eius armis et uirtute, atq; Chriſtiana pietate recens imbutis, plurimis Germaniæ populis, Frã-

Tranſlatio impij in pſonã Caroli ad Ger.

Francis Orientalibus, Turingis, Vueltabis,Sorabis,
Abrotis,Boemannis(uti recenſetEginhartus à Carolo
enutritus)Sueuis,itē Alemānis ,Baioarijs & utriuſq;

Vide Annales Caroli Magni

Pannoniæ gentibus.Et in Occaſum Septētrionēq; Haſ
ſonibus,Vueſtualis,Phriſonibus , et omniū ampliſſima
& ualidiſſima gente Saxonibus:Liberata inſuper à ui
& rapina Deſiderij regis Longobardorū Ro.eccleſia
quæ ā poſſidebat & dono Pipini & cōfirmatione Ca
roli totū Rauēnæ Exarchatū . Ob tā ingentia Caroli
maiorūq; eius merita erga ſedē apo.religionēq; Chri
ſtianā,Leo pa.3.ſcito & acclamatione pop.Ro.Cle-

Coronatio Ca. Magni

riq; rogatu Carolū Franco.regē Ro.impe. primus ap
pellauit, inunctūq; Auguſtū cōſecrauit, & coronā ca
piti eius īpoſuit,in Baſilica S.Pe.poſt ſacra Miſſarum
ſolēnia,populo in hæc uerba acclamāte: Carolo Aug.
à deo coronato,magno & pacifico īperatori Ro.uita
& uictoria:Ab eo die,omiſſo Patricij noīe īperator et
Auguſtus eſt appellatus.A deo quidē ſancte & ſine oī
ambitu,ut ipſe affirmauerit(uti ī uita eius ſcribit Egi
hartus)ſe eo die,quāuis præcipua ſolēnitas eſſet, eccle
ſiā nō intraturū fuiſſe,ſi pōtificis cōſiliū præſcire po

Indignatio Græcorum imp. iuſtior multo quā Luthera.

tuiſſet.¶ Inuidiā tamē ſuſcepti noīs,Conſtātinopolita
nis impatoribus ſup hoc indignātibus, magna tulit pa
tientia,uicitq; eorū cōtumaciā magnanimitate,mittē-
do ad eas celebres legatiōes , & in epi.fratres eos ap-
pellando.¶ Sed mirū nō eſt,qd'id ægre tulerūt Græco
rū impatores,q antea poſt Auguſtuli interitū, per an.
cccxxx.ſoli dicti fuerāt Auguſti,& Exarchatū Italiæ
poſt

poſt debellatos Oſtrogothos inuexerāt, cuius ditionē
Carolus & Pipinus à Longobardis, q illū Græcis eri- Anno.471
puerant recuperatā,Ro.eccl.cōdonarūt.¶Id uero ad depoſitus
mirandū eſt plurimū Germania,q̃ hodie apud te tot re eſt Augu
periuntur īpuri Huſsiticæ generatiōis Spurij,germano ſtulus An.
rū noēi prorſus indigni:qui factū iſtud,tot iā ſeculis et 801. coro-
ab oībus pijs laudatum,& germanicæ natiōi præcipue natus Ca.
glorioſum,ac uniuerſo ſtatui Chriſtianitatis bonū,ho-
norabile ac ſalutare:barbarica īpietate īter cætera An
tichriſti opera dicūt uel principale & maximū porten
tū eſſet.¶Id dicūt nō ſolū in angulis, & ſceleratis con Luth.in li.
tra patriā cōiuratiōibus,ſed etiā publice diuulgatis ad contra Ca
fideles iuxta & infideles libris,& quidē īpune adhuc thari.
te uidēte & audiēte,licet iāpridē dux renouatæ perfi Quātum
diæ Lutherus ſit multipliter cōdēnatus ab oībus catho luth.in pa.
licis & ab uniuerſa eccle.dei. Quāta uero ſit tibi ne-
ceſſitas iniuncta ad expurgandū uetus fermentū iſtud
Huſſitarū,ſæpe alias pie admonui.Nūc facti illius atq;
adeo beneficij mei rationē tibi reddā,ut hinc ſaltē co-
gnoſcas quā ſcelerata ſit & impia ſpuriorū iſtorum
in me calumnia & ingratitudo.

Ego uana ſpe & libertatis & imperij recuperādi de- Quāta ma
cepta,dū ſub Gothis trāquille & pacifice agerē. Beli- la paſſa eſt
ſariū Iuſtiniani ducē,tū armis maxime inclytū,eiectis Ro.à Græ.
Gothis,recepi in urbem cū exercitu. Quāta uero inde cis impe-
mala à Græcis ad Caroli uſq; tēpora perpeſſa ſim, ex ratorib.
ſumma illorū ingratitudine,pſidiaq; & īpietate,pau-
cis referre me nō ſunt malorū īmēſitas numerusq; et

longa ſeries.Habes hiſtoricos Procopiū,Agathiū,Zonorā,Paulū diaconū,Platinā,Blondū,Sabellicū,Lætū Egnatiū,& Chronographos cōplures, ex quibus cognoſcere clarius,quod innuo,licebit.

Mala Ro. à Iuſtinia.

¶Certe ne decē qdē libris ſatis explicare queā,quāta ſim ſub uno Iuſtiniano(cui me primū credidi)paſſa bello uicēnali, longa obſidione Græcorū auaricia,uaſtatione hoſtili,perfidia impatoris,deniq; miſerabili excidio urbis, quàm iniquus et ĩpius fuerit ille in meos pontifices Sylueriū & Vigiliū pp̄ter hereſim Eutichianā hereticūq; ſuum Antemiū,longū eſſet referre, ſatis hic fuerit retuliſſe, qd'in faciē ei dixerat prædeceſſor eorū Agapetus, uir (ut ait Platina) ſanctiſſimus.Ego ad Iuſtinianū(inqt) chriſtianiſſ.principē uenire optaui,ſed Diocletianū inueni.

A longobardis ſub Iuſtino Tiberio & Maurino

Verba Gregorij Pa. I

Quāta uero icōmoda ſub Iuſtino Tiberioq; & Mauritio,deinceps paſſa ſim à Longobardis, q Narſetis Eunuchi,ducis Græcorum,uocatiōe cōſilioq; Italiā inuaſerāt enarrāt,ſeriatim quidē hiſtorici,ſed paſſim in regiſtro S.Gregorius.Hic pauca,quæ idē in Ezech. ſcripſit,recitabo.Quid ē(inqt)qd'iā in hoc mūdo libeat:ubiq; luctus aſpicimus,undiq; gemitus audimus,deſtructæ urbes, euerſa ſunt caſtra, depopulati agri, in ſolitudinē terra redacta eſt. Nullus in agris agricola, pene nullus ĩ urbibus habitator remāſit. Et tamē ipſæ paruæ humani generis reliquiæ adhuc quotidie & ſine ceſſatione feriūtur. Alios in captiuitatē duci,alios detrūcari,alios interfici uidemus.Ipſa aūt,quæ aliquādo mūdi domina eſſe uidebatur,qualis remanſerit Ro-

ma, cōſpicimus: īmenſis doloribus multipliciter attri
ta, deſolatiōe ciuiū, īpreſſiōe hoſtiū, frequētia ruinarū.
Iā de illa oēs potētes ablati ſunt. Vbi.n. ſenatus? ubi
iā populus? oīs in ea dignitatū ordo extinctus. Et tamē
ipſos nos paucos, qui remanſimus, adhuc quotidie gla
dij, adhuc quotidie innumeræ tribulatiōes premūt. Iā
uacua ruit Roma, & poſtquā defecerūt hoīes, etiā pa
rietes deficiūt. Hæc ad populū Grego. Qui & alia mul
ta in epiſtolis de Græcis cōqueſtus eſt. ¶Poſt Grego-
rij querimonias, obtinuit à Phoca īpatore Bonifacius
3. ut ſedes S. Petri, ſicut reuera caput eſt et ſemper fue
rat omniū eccl. ita & diceretur et haberetur ab omni
bus. Nā ſedes Cōſtātinopolitana impia præſumptio-
ne principū potētia freto, illi præferri cōtēdebat, pro-
pter impij ſedē: cōtra tot retro leges et Canōes ſacros.
¶Deinde Martinus. 1. iuſſu Cōſtātis impatoris, q Mo-
nothelitarū hereſim aſſerebat, ī exiliū iniectis collo ca
tenis actus eſt, quia cōtra hereſim illā Synodū cl. epi-
ſcorū Romæ habuerat, & Paulum patriarchā anathe
mate pcuſſū priuauerat. Miſſus eſt ergo in Cherſone
ſum Ponti, ubi & S. Clemens olim exulauerat, atq; ibi
multis calamitatibus circūuētus ac inopia rerū omniū
preſſus. morte tādē liberatus ē. Tanquā uero hæc par
ua fuerit iniuria, uenit idē impator Romā, poſt aduer-
ſam cū Longobardis pugnā, ut urbē oī uetuſtatis orna
tu ſpoliaret. Quicqd igitur antiqui opis ſignorūue in
ære aut marmore fuit, intra quintū aut ſeptimū diē in
de ſuſtulit, ac nauibus ad id ſubuectis ipoſuit, ut plus

Superbia Conſtanti-nopolitani Patriarchæ

Impietas Conſtantis imp.

Alij Conſtātium uocāt nonnulli Cōſtātinum.

ornamētorū paucißimis diebus urbi detraxerit, quàm Barbari antea ccl. annis. Nā & Baſilicam S. Mariæ: q̃ olim pantheō uocabatur, nūc Maria rotūda uulgo dicitur, opus inſigne M. Agrippæ: diſcooperuit, ut æreas eius tegulas auferret, ſed & alia eccleſiarū ornamēta ſacrilega direptiōe abſtulit, ut iuſtius cōpilator urbis quā imꝑator Ro. diceretur. Cū uero filius eius maximus Cōſtātinus, illo in Sicilia īterfecto, i mpio ſucceſſiſſet, atq; bellum contra Saracenos terra mariq; feliciterq; geſſiſſet, & Ro. pontifici in uera pietate conſentiens, Sextā Synodū in regia urbe cōtra Monothelitas celebraſſet, mox eo mortuo filius eius Iuſt. II. hō praui īgenij et uarij, relicta fide, patris, aui ſequutus ē īpietatē, Indixit enim aliā Synodū, quæ vi Synodi acta reſcinderet. Et Sergiū papā. I. uirū ſanctiſſimū, miſſo Romā Zacharia Prato ſpathauo, iuſſit ad ſe uinctū trahi. At milites Exarchatus Italici, nō ſolū defenderūt à tali iniuria pōtificē, ſed et ſceleris miniſtrū Zachariā interfecißēt, niſi cōfugiſſet in Pōtificis (q eū de inde Byzātiū occulte remiſit) cubiculū. Eo tēpore Pipinus, Caroli magni pauus Auſtriæ (ut ſcribit Platina) gubernator et dux, occupādi regnū Frāciæ fundamēta iecit. Magnis enī copijs in Gallias traiectis Theodoricū regē Frāciæ obuiā cū exercitu factū, collatis ſignis fudit ac fugauit. Et mox pace ſequeſtra Regni gubernator & maior domus (ut Galli uocāt) ſeu Præfectus Palatij aut Aulæ (ut Eginhartus noīat) effectus ē An. do. circiter DCXC. ¶ Cæterū apud Græcos Iuſti.

Quidā argenteas regulas fuiſſe dicunt.

Impietas iuſtiniani II

Platina in uita Sergij

Mutabilitas imp. Græcorum

à Leontio primũ, deĩde reuerſus et ad ĩperiũ reſtitutus denuo à Philippico deturbatus impio, uitã et impiũ a- miſit. Philippicus nihilo melior illo, Sextæ Synodi de- creta, altera Synodo infirmare cõtẽdebat, ſed nõdũ ex pleto biẽnio, priuatis oculis in ordinẽ redactus eſt. Sed & Anaſtaſius et Theodoſius: pij alioqui principes, im- perio renũciare coacti ſunt. Succeſſit aũt Leõ Iſau- rus, homo & obſcuriſſime natus & ſũme ĩpius, q̃ præ- cepit oẽs ſanctorũ imagines perdi & aboleri. Vnde ſi mulacra ad ſe delata mox confrẽgit aut incẽdit, Germa nũ Patriarchã id ĩpropantẽ in exiliũ miſit. Ro. pont. Gregoriũ. 2. ſuæ ĩpietati obſiſtẽtẽ, nũc inſidijs, nũc ap to mãdato, ut cõprehẽderetur, inſectatus ẽ. Similiter Paulus Hexarchus eius, mõ clã, mõ palã, Papæ mortẽ quærebat. Sed Romani atq; ẽt Longobardi, ſumptis ar mis, quo minus id fieret, ꝓhibuere. Et niſi ſua authori- tate obſtitiſſet Gregorius, Italiæ populi aliũ ſibi impa torẽ delecturi erãt. Rauẽnæ autẽ tãta ꝓpter imagines orta eſt ſeditio, ut in ipſo tumultu Paulus Hexarchus ſimul cum filio fuerit occiſus. Sed & Rauennã ipſam Luithprandus Lõgobardorũ rex diu obſeſſã, ſub eodẽ impatore, cepit tandẽ et diripuit, aſportãs inde Ticiniũ quicq̃d in urbe præclarũ erat. Ipſa inſuper Cõſtãtinopo lis ſub eo triẽnali obſidione terra mariq; à Saracenis fatigata eſt, tanta ſane clade, ut trecẽta & amplius ci uiũ milia peſte fameq; in urbe cõſumpta ſint. Deniq; urbs etiã Roma ſub illo à Longobardis eſt obſeſſa, ſed rogatu Gregorij. 3. Carolus Martellus, auus Caroli

Leon imp. ignobilis & impius contra ima- gines.

magni, ſcripſit Luithprãdo, amico & cõpatri ſuo, ut deſineret obſidere urbem & uexare pontificẽ. Soluta eſt igitur mox uiſis literis illis obſidio, tanta erat authoritas Caroli. Quis iã nõ uidet, quàm indignus & inutilis peſtilensq; inſuper fuerit ĩperio Leon ille, ſutor Iſauricus? ¶ Sed neq; filius neq; nepos eius melior eo ſucceſſit. Hæc ſane ſunt uerba Egnatij Veneti. Impio patri ſceleſtiſſima ſucceſſit proles Conſtãtinus, cognomento Copronymus, qui nõ ſolũ patris impietatẽ in abolendis Diuorum imaginibus reddidit: uerũ etiã grauiore ſcelere reliquias eorum aut contempſit aut combuſſit. Hic poſt infinita flagitia exquiſitiſſimo cruciatu cõſumptus obijt, imperij an. xxxiiij. Et ſubdit: Nõ imperij ſolũ, ſed paterni ſceleris hæres ſucceſſit Leo, qui ad impietatem ſacrilegium etiam addiderit. Nam coronam à Mauricio principe Deo dicatam, nefario capiti ĩpoſuit, captus gẽmarũ et auri ſplendore. ¶ Frater huius Cõſtãtinus, Irenes filius, celebrata Niceæ Synodo ſeptima. cccl. patrum, diram egit in imperio tragœdiam. Adultus enim matrem imperio deiecit, & uice uerſa ipſe ꝓpter flagitia omnibus inuiſus, in matris poteſtatem redactus eſt & excæcatus. Sed & ipſa nõ multo poſt à Nicephoro pulſa, in Leſbum inſulã relegata eſt. Subdit itaq; Egnatius, Piget plane, ac pariter me pudet, tot portentis uerius quàm principibus referendis immorari. Ecce Germania: hunc piget pudetq; Græcorum portẽta referre. Quãdo ergo te obſecro tandem pigebit pudebitq;, ſceleratas tuorum ſpuriorũ

Filius & nepos Leotis peſſimiq; imp.

Copronymus q̃ infans aquã baptiſmi alui excremento polluerat.

Conſtãtinus Irenes filius.

Egnatius Venetus.

uoces audire, qui tota die clamãt, imperij tranſlationẽ à Græcis ad Germanos eſſe inter opera Antichriſti, uel principale & maximũ portentũ? Quid quæſo iniquius quid ingratius, quid ſceleſtius dici queat? Hiſtoricũ piget referre Græcorũ portenta, et me nõ pigeat illa per tot iniurias & afflictiones detrimẽtaq́; tolerare? Quo enĩ iure diutius Romani imperatores dici debeãt, q Romã tot malis afflixerãt, & ab hoſtibus defendere non poterãt? En homo Venetus ait: Carolus à Leone Ro. Pontifice ĩperij corona donatus eſt uirtutis & pietatis ergo. At ſpurius Germanus & Saxabohemus ait, hoc inter opera Antichriſti uel præcipuũ & maximũ eſſe portentũ. Huius te nõ pudeat Germania? Audiant igitur & confundãtur ac erubeſcãt ualde uelociter ſpurij tui: qui beneficiũ iſtud meũ tã impie calũniantur, & blaſphemãt ſanctos dei: quid de Romanis Germanorũ imp[er]atoribus per ſeriẽ ſcripturus Egnatius Venetus in præfatione tam uere quã elegãter dicat. Ventũ iã eſt (inquit) mihi ad tertiũ atq; ultimũ inſtitutæ cõmentationis librum. Quæ mihi ut laboris et operæ minus, ita certe multo plus uoluptatis allatura ſit. Nã & à cõtinuis imperij cladibus tãtiſper auertitur animus, dũ lætiora p[ro]ſequar: & hi mihi principes poſt hac erũt referẽdi: Quorũ res geſtæ, & domi foriſq́; felicitas in pleriſq; tanta eſt, ut ueterũ Romanorum gloriam non pauci ex his æquent. Certe recentiorum memoriã, eorum uidelicet, qui ſupra milleſimum annum à me repeſſiti ſunt, adeo obſcurent: ut iniquiſſime

Egnatius Cæ. li. 2.

Quãto meliores Ger. quã Græcorum imp.

Recentiores hic dicit Græcos

propemodum faciat, ſi quis hoſce illis conferat.

Catalogus ſcelerum Græcorũ.

¶Nam ut in pleriſq; ſordes & generis pudendam originem ſiluam: quotus eorum quæſo fuit, qui aut augendæ Reipub. ſtuduerit? aut auaritia non flagrarit, aut ſæuitia in ſuos inexternos perfidia infamis nõ uixerit? Adde ueræ pietatis in hiſce contemptum. Tot hæreſes ab illis, aut per ſummum ſcelus excogitatas, aut ad inſaniam uſq; & Roma. pontificum exilia & cædem pertinaciter aſſertas. Acceſſit odiũ pluſquam hoſtile in latinum nomen. Quid dicam, quoties inſultatum ſit Roma. pontificibus? Quoties eorum uiolata maieſtas? Nam ſchiſmatis crimen eo grauius exiſti mari debet, quo & concordiam noſtrorum pontificum ſæpius expetere, et expetitũ pari limitate reiecere. Donec paulatim uetere labente diſciplina, reque magis ac magis in lapſum prona. Tum demum in præceps noſtris temporibus acta, imperium tanta indole partum & auctum, ad Turcas tranſierat.

Ecce quàm ait Lutherus beata Græcia.

¶Quo factum eſt, ut gens olim in terris, ingeniorũ acumine, tot artium ſolertia, tãto rerũ uſu celeberrima. Adeo legibus inſtitutis domeſticis, eloquentiæ ſtudio, & tot urbibus ac colonijs per orbẽ deductis, frequentia & amplitudine optime de humano genere merita, nunc aris, foc iſq; patrijs expulſa & inops, egensq; alienæ opis, aut erret perfuga, aut immaniũ Barbarorũ iugo ſubiecta ſeruiat, uti iam in ipſa Græcia, quæramus Græciam. Hæc noſtri temporis Hiſtoricus Venetus.

Quis igitur

Quis igitur non ſuſpicetur illos calumniatores ex tam degenere & maligna indole (quã præ ſe ferunt) non uere Germanos, ſed Saxobohemos potius ac patriæ ſuæ hoſtes & proditores exiſtere: qui Romani imperij decus inuident ſuis, ut aſſerant alienis? Ita ſane ſunt impio in Romanam eccleſiam excæcati odio, ut contra omnem hiſtoriam & rationem putent, aut ſaltem putare ſe fingant, Romanum pontificem ſcito Populi Romani & rogatu totius cleri iniuſte tranſtuliſſe Romanum imperium à leuibus & imbellibus, impijſ´que ac ſuperbis Græculis, ad graues, bellicoſos, pios ac omni uirtute præditos principes Germaniæ. Si enim ponant ſceleratum hoc ſuum in Romanam eccleſiam odium, quid rogo habeant, etiamſi Momo ipſo magis ſint moroſi, quod reprehendant in nobiliſſimis illis Auſtriæ principibus, Pipinis, Carolis, Ludouicis: in Saxonũ Othonibus, in Bauarorũ Henricis, in Sueuorũ Cõradis, in Friderico Aenobarbo, et rurſus in Auſtriæ prĩcipibus, Albertis, Sigiſmũdo, Friderico III, Maximiliano, et nũc oĩm nobiliſſimo ſimul et potẽtiſſimo, tot Cæſarũ et regũ nepote Carolo quinto? Audiãt igitur rurſus, et cõfundãtur infames iſti pietatis et patriæ, ac omniũ uirtutũ deſertores pariter et hoſtes, ex multis pauca: quæ de tuis ab extero ſcripta ſunt, neoterico quidem ſed nobili admodũ & ingenuo Cæſarũ ſcriptore, Egn. Veneto.

Iuſtiſſima trãſlatio à Græcis ad Germãos. Vide c. Venerabilem ext. de elect. Itẽ c. romani de iureiurando in Clemẽ.

Car. mag. à ꝓgenitoribus ſuis dux Auſtriæ, & rex Franciæ.

De primo ſane Germanici ſanguinis impatore Carolo Magno ita inquit: Fuit in hoc prīcipe (quod incredibile multis uideatur) pacis belliq; par ſtudium, inſignis pietas, beneficentia ſingularis, humanitas quāta in ſuperiorū principum nullo: in rebus bellicis maiorne uirtus an felicitas extiterit, neſcias. Nullus certe ferociores gentes debellauit, nemo collatis ſignis ſæpius dimicauit, nemo bonarū artiū ſtudia indulgētius fouit. Ipſe Parriſienſe gymnaſium & Papienſe uiris undiq; doctiſsimis accerſitis inſtituit, tēpla diuis erexit, ueræ religionis obſeruator etiam in minimis fuit, iniurias illatas ciuili animo tulit, in hoſtes raro acerbius ſæuit. Italicæ gloriæ ita ſtuduit et quieti, ut præter Florentiam urbem inſtauratā, claſſes quoq; paratas habuerit, quibus Maurorum populationes arceret.

Tres Pij, Metellus, Antōinus, Ludouicus

De filio aūt eius Ludouico Pio ita ſubdit. Iam uti Carolo patri res egregie domi foriſq; geſtæ Magni cognomētum peperere, ſic Ludouico facilitas ac clemētia, religioniſq; ſummum ſtudium Pij, tertio ad hoc æui dedit. De Othone. I. ſic ait: Cæterum cum Berengarius III. cum Adalberto filio tyrannum uerius q̄ principē ageret, accerſitur à Romanis Otho, cuius tunc nomen ac pietas celebris erat, Boleſlao Boemo capto, & Vngaris prælijs aliquot afflictis. Ille igitur Saxonia egreſſus cum. L. milibus armatorum, Italiam per patentem Foriiulij portam ingreditur,

facileq; Berengariũ & eius filium ad obſequiũ retrahit, quos datá uenia magna etiã Galliæ ciſalpinæ parte donat. Inde abiens Ludouicum Franciæ regem factione ſuorum carceri incluſum eripit. Nec quieſcere diutius datum, Berengario & Adelberto res nouas molientibus, quos facile uictos & captos, alterum in Auſtriam, alterum Byzantij relegat. Vir pacis belliq; artibus inſignis, pietatis autem aſſertor præcipuus. De Othone II. ita ſubiũgit: Hunc ex Adelaida Lotharij uxore ſuſceptum pater ſibi ſucceſſorem inſtituit, & inungendum à Ro. pontifice curauit. Cuius etiã opera Sarracenos Græcosq; Calabria expulit. Sed ne faſtidio ſim longiori de ſingulis recitatione, de ultimis quatuor, omiſſis cæteris, pauca ſubiungam.

Quatuor Auſtriæ principes.

De Sigiſmundo igitur hæc ſunt Itali huius uerba: Optimum haud dubie principẽ ac nobiliſſimum Germania nobis imputet, & qui ſi ad pacis artes quibus excelluit, parem belli felicitatem addidiſſet, Carolis & Othonibus æquari potuit. Nam præter generis nobilitatem (quæ haud dubie clariſſima fuit tot ſummorum principum ſerie) & præter inſignẽ corporis proceritatem ac imperatoriã planè indolem, affuit illi liberalitas ac munificentia, quanta in nullo antea principum: religionis ac pietatis augẽdæ ſtudium incredibile, multarum etiam linguarum ſciẽtia, & in his linguæ Latinæ ſtudiũ excelluit. Quare doctos homines

Fuit enim dux Auſtriæ.

inprimis fouit, & dignitatibus etiam amplis honeſtauit. De Alberto genero eius ita ſubiūgit: Nemo unquam maiore ſpe ad imperiū uenit: & ſanè conceptā animis hominum opinionem haud fruſtratus eſſet. Siquidem toto biēnio quo præfuit, Morauos ac Sarmatas, qui hodie Poloni ſunt, intra ſuos fines qſcere compulit. Ptaſconē Boëmum factionis hæreticæ caput ita attriuit, ut tota Boëmia ſibi cederet. De Friderico III. Cæſaris noſtri proauo paterno ita ſubdit: Pacis atque ocij ſtudioſiſſimus Fridericus extitit, quam tenore perpetuo annos LIIII. (tot enim rerum potitus eſt) coluit: ſeu fatum id fuerit, quietiore Germania, q̄ multis retrò actis ætatibus, ſeu prudentia uerius id principis effecit. Ille uero nihil ab initio antiquius habuit, q̄ tuendæ pacis ſtudio, tumultus qui oriebātur, ſedare. Quare & ſeditionem mouentes Auſtrales facile compeſcuit, & bellū à Matthia Pannonum rege illatum compoſuit. Demum de filio eius Maximiliano loquens, hiſce uerbis commentationē ſuam concludit Egnatius: Superat (inquit) mihi Maximilianus imperator, quem pater octauo antequam moreretur anno Cæſarem deſignandū curarat, magnus bello princeps, et pace præclarus. Cuius eximia bonitas, liberalitas ſumma, et Chriſtianæ pietatis cultus præcipue commendantur. Acceduut ad haſce animi dotes, oris probitas, ſtatura quadrata, in qua tamē imperatoria

Maieſtas eluceat: corpus ualidũ ac robuſtum, idemq; laboris atq; operis patientiſſimum, par uictus frugalitas, & ex eo ualetudo proſprima. De hoc autem cũ adhuc uiuat, Tranquillum, Plutarchumq́; ac ueteres alios ſcriptores æmulatus, nihil eſt quod addã. Deus faxit, ut quod illum agitare ſemper animo Vincentius Quirinus aſſerebat, qui legatum Venetum egit apud illum ſumma cum laude, ex ſententia conficiat. Neq; enim iuſtius ullum eſt bellum, q̃ quod pro religione ſumitur. Et ea deniq; uera æternaq́; gloria principum noſtrorum exiſtimari debet, quam res præclare in hoſtes fidei geſtæ commendãt. Hæc de Germanis Romanorum principibus Egnatius Venetus.

Nunc igitur iudicent ſuper facto meo, quo Ro. imperium à Græcis ad Germanos tranſtuli, non ſolum prudentes ac pij quiq;, ſed etiam barbari & impij Turcæ, an non multo digniores fuerint Ro. imperij titulo tales Francorum & Germanorum principes, q̃ ſcelerati & impij ac maxime plerunq; ignobiles illi Græculi. Quorũ pleriq; fuerũt obſcura ac penitus ignota proſapia Thraces, Triballi, Cappadoces, Iſauri, aut ex quacunq; barbarorũ fece per ſcelus flagitium'ue aut militiæ fortunam, ad imperij faſtigium ſublimati, alij temere per ſeditionem et furorem populi, alij ambitioſe & fraudulẽter per largitiones & uenalia militum ſuffragia, alij ſcelerate & perfide per uim &,

Digniores impio Germãi quàm Græci.

Quatuor primi Græcorũ impatores oppreſſionem ſuorum dominorũ. Ne uero longior ſim, de IIII. primis ſolum pauca ex Egnatio referã.
De Leone igitur Martiani ſucceſſore ſic ait: Primus hic Græcanici uir ſanguinis imperium tenuit, Aſparis patricij factione adiutus.

Leo.

Zeno.

De Zenone Iſaurico genero eius (cui Leo iunior ab auo imperiũ adeptus, diadema impoſuit, ut pro ſe imparet, cum eſſet illi pater) ita habet: Quàm uarie rebus Ro. illuſerit fortunæ uis, hic Zeno facile cũ pleriſq;, qui explicãdi mihi princeps erũt, pbet. Vir obſcuriſſimi ſanguinis, & cum facie deformis, tũ moribus planè tyrannicis.

Anaſtaſius. Deinde Anaſtaſium explicans ait: Inter bonos prĩcipes mihi referendus, tametſi ab humili loco ad imperium euectus, Ariadnæ Zenonis uxoris opera: niſi poſtea mutatus, Eutychianæ hæreſi adhæſiſſet. Vnde illi aduerſus orthodoxos graue diſſidium conflatum.

Iuſtinus I. De huius autẽ ſucceſſore Iuſtino ita incipit: Quis credat Thracem hominem armentariũ, & ſues agentem, ſine tribu, ignotis obſcuriſq; parentibus ortum: & rebus præfuiſſe, & rem tum feliciter tum optime adminiſtraſſe? Rexit enĩ ille ſumma cum laude, et pietatis ſtudioſiſſimus ueræ, et principatum dolo partum (quippe qui acceptam ab Amantio eunucho pecuniã, ut militi pro Theocritiano præficiendo diſtribueret, in ſe ſuffragia uerterit) magna uirtute poſtea adminiſtrauit. Hæc Egnatius. Et in eandem ſententiã ait

Pomponius Lætus: Iuſtinus Thrax ſine imaginibus, ſi ne tribu, utroq; parēte ignobilis, à teneris annis ſuum cuſtos, deinde boum, poſt lignarij cuiuſdam miniſter, natus annos XVI. militare cœpit, promptus manu, & doctus hoſtem ferire, ſortem mutauit, princeps ordinis fuit, & hinc promotus, comes factus eſt. Mortuo Anaſtaſio, ad eum Amantius ſpado libertus ſuperioris Auguſti ditiſſimus uenit, magnam uim pecuniarum ſecum ferens: orauitq́;, ut in toto exercitu ductoribus & militibus partiretur, & ipſe acciperet quantum uellet, promitteret donatiuum per ſingula capita, & longe maius q̃ priores fecerunt, ſi Theocritianum imperatorē legiſſent. Pecunia ſatis integre ſoluta eſt, non ad uotum Amantij, ſed Iuſtini: q pro ſe ſuffragia caute emit. Itaq; cum princeps eligeretur, nemine diſcrepante Iuſtinus pronūciatus eſt. Quem curuli acceptum ſella, diademate ornatum adorauerūt omnes. Amātius & Theocritianus, & Andreas miniſter à cubiculo, inſidias principi parauerunt, ea de cauſa è medio ſublati ſunt. Hæc Lætus. Tu igitur quæſo Germania nunc mecū conſidera, q̃ ingrati ſint beneficio meo, quo à Græcis ad Germanos Ro. imperium transtuli, calumniatores iſti Saxobohemici. Ecce poſt Marcianum, qui & ipſe humili loco natus fuit, licet militiæ clarus fuerit: inter omnes impatores Conſtantinopolitanos, qui numero fuere ad tranſlationem

Pom. Læ. in Ro. hiſt.

Iuſtinus ex ignobiliſſimo genere

Iuſtinus I. iter Græ. imp. optimus.

quidem uſq; imperij XXV. ad captam uero uſque à Turcis Conſtantinopolim LXXVI. Nemo fuit Iuſtino melior, nemo ſic orthodoxus & ueræ pietatis ſtudioſus, nemo urbi & prouincijs minus grauis, magis utilis, minus calamitoſus, nemo felicius imperium rexit uitamq; finiuit. Et tamẽ hic Græcorum principũ optimus oı̃m ita obſcure natus fuit, ut infiniti numero nunc ſint per oẽs Germaniæ urbes ciues priuati, qui centuplo clarioribus honeſtioribusq́; natalibus gaudent, q̃ optimus ille oı̃m Græcorum imperator. Tantum abeſt, ut nobiliſſimis Germanorum principibus Romanis quiſquam Græculorũ digne comparari queat. Quando igitur tuos iſtos ſpurios tam inique in me & in patriam ſuam impiæ calumniæ tandẽ pudebit?

Iuſtiniãus Romæ pnicioſiſſimus

Quod ſiquis aut Græcogermanus aut Saxobohemus, Germanorũ gloriæ inuidus, obijciat mihi leges et res geſtas Iuſtiniani, qui Iuſtino in impio ſucceſſit, huic alibi copioſius reſpondebitur, hic ſummatim dixiße ſufficiat, nullum ſub ſole principem, regẽm ue aut etiam tyrannum fuiſſe Ro. urbi pernicioſiorem Iuſtiniano: cuius perfidia cecidit inclyta ciuitas ex florenti & tranquillo ſtatu in omne bellicæ cladis malum. Id quod multis etiam libris, ubi opus fuerit, oſtendi queat, hic unicam ex Caßiodoro epiſtolam deprecatoriã belli referam, quæ inter illius epiſtolas habetur libro. XI. in hunc ſanè modũ: Iuſtiniano Au-

guſto Senatus urbis Romæ. Honeſtum nimis & neceſſarium uidetur eſſe negotium, pro ſecuritate Romanæ Reipub. pio principi ſupplicare. Quia conuenit à uobis expeti, quod noſtræ poſſit proficere libertati. Nam inter cætera bona, quæ uobis ſingulariter diuina tribuerunt, nihil glorioſius probatur accedere, quàm quod uos cognoſcitis ubiq; poſſe præſtare. Rogamus ergo clementiſſime imperator, & de gremio curiæ duplices tradimus manus, ut pacem ueſtrã noſtro regi ſereniſſimam præbeatis. Nec nos patiamini abominabiles fieri, qui ſemper de ueſtra concordia uidebamur accepti. Romanum ſiquidem nomen uos commendat, ſi noſtris dominis benigna conceditis. Gratia ueſtra nos erigit ac tuetur, & hoc mereri cognoſcitur, quod de ueſtra mente ſentitur. Quietem ergo Italiæ fœdera ueſtra cõponant: quia tunc amari poſſumus, ſi per uos dilectio uotiua copuletur.

Epl'a ſenatus ad Iuſtinianum. Caſſ. i epl's l. 21. epiſt. 14.

Hic rex gothorum ab hiſt. Theodatus, à Caſſiodo. Theodohadus dicitur

Cui rei ſi noſtræ preces adhuc non uidentur poſſe ſufficere, æſtimate patriam noſtram in hæc precatoria uerba prorumpere. Si tibi aliquando grata fui piiſſime principum, defenſores meos, qui mihi dominantur, tibi debent eſſe concordes. Ne incipiãt in me talia facere, quæ à uotis tuis cognouerint diſcrepare. Non mihi ſis cauſa crudelis exitij, qui ſemper uitæ gaudia præſtitiſti. Ecce alumnos meos ſub tua pace germinaui, ecce ciuibus ornata reſplendui. Si me

Verba Romæ ad Iuſti. imp.

lædi pateris, ubi iam nomen pietatis oſtendis? Quid enim ꝑ me nitaris amplius agere, cuius religio quæ tua eſt, cognoſcitur ſic florere? Senatus meus honoribus creſcit, facultatibus indeſinenter augetur. Noli per diſcordiam diſſipare, quod deberes per bella defendere. Habui multos reges, ſed neminem huiuſmodi literatum. Habui prudentes uiros, ſed nullũ ſic doctrina & pietate pollẽtem. Diligo Hamalum, meis uberibus enutritum, uirum fortem, mea conuerſatione compoſitum, Romanis prudentia charũ, gentibus uirtute reuerendum. Iunge quinimo uota, participare conſilia: ut tuæ gloriæ proficiat, ſi mihi aliquid ꝓſperitatis accedat. Noli me ſic quærere, ut non ualeas inuenire. Tua ſum nihilominus charitate, nullum facias mea membra lacerare. Nam ſi Libya meruit per te recipere libertatem, crudele eſt, me amittere, quam ſemper uiſa ſum poſsidere. Impera motibus iracundiæ triumphator egregie, plus eſt quod generali uoto petitur, q̃ ſi ueſter animus cuiuſlibet ingratitudinis offenſione uincatur. Hæc Roma loquitur, dũ uobis ſupplicat per ſuos ſenatores.

Hamalorũ familia ĩ Gothis nobiliſſima, quæ mltos reg. dedit.

Quod ſi adhuc minus eſt, beatorum apoſtolorum Petri & Pauli petitio ſanctiſsima cogitetur. Nam qui ſecuritatem Romanam ſæpe defendiſse probantur ab hoſtibus, quid erit quod eorum meritis ueſter non tribuat principatus? Sed ut oĩa reuerentiæ ueſtræ congruere

Intereeſsio Petri & Pauli.

uideantur, per illum uirum uenerabilem, legatū piiſsimi regis noſtri ad ueſtram clementiam deſtinatū, preces noſtras credimus porrigendas: ut tam multa debeant efficere, q̃ uel ſingula potuerunt apud pijſſimos animos obtinere. Hæc *ſenatus meus ad* Iuſtinianum. *Qualiter autem ſe geſſerit in omnibus afflictionibus meis, quarū ipſe cauſa fuit, cōmode hic enarrari non pōt. Satis aūt cōſtat mihi uel millecuplo melius fuiſſe ſub regibus* Gothis *q̃ ſub impatoribus* Grec. Leg. n. fuit Agapetus papa.

Iuſtiſſime *igitur tranſtuli* Ro. Imperium *à* Græcis Ro. *urbi ac* Reip. *Eccleſiæq́; peſtilētiſſimis, ac maxime perfidis & impijs portentis uerius q̃ principibus, ad* Francos *&* Germanos *principes tum meritos de* Rep. *Chriſtiana optīe, tū fide et pietate maxīe ꝑbatos et orthodoxos. An nō unus* Caro. Mag. *cui primum* Ro. *imperij coronā obtuli, atq; reiectis impijs* Græculis, Imperatorem *&* Auguſtum, *læta populi* Ro. *acclamatione ſalutaui: longe melius fuit meritus de me, de* Ro. *eccleſia, de propagata in gentibus fide, deq́; uniuerſa* Rep. *Chriſt. q̃ per mille et amplios annos fecerunt omnes* Græculi? *Tantum abeſt, ut unum ex illis ei digne conferre queas.* Vnus *enim iſte plus meruit & coram deo & coram hominibus q̃ illi oēs uel in unū & in ſimul collecti.* Vnus Carolus melior omibus Græ. imp.

Ipſe Aquitanos *primum &* Vaſcones, *patri ſuo rebelles, bello ſubegit.* Ipſe *trāſmiſſis* Pyrenæis *mōtibus, fuſis ac fugatis* Sar Quantæ res geſtæ Car. Ma.

racenis uſq; ad Bætim flumē peruenit. Ipſe precibus Adriani Papæ. I. Deſiderium Longobardorum regē, literis primum admonuit, ut res Ro. pontifici iniuria ablatas reſtitueret. Deinde monita ſpernentē, et Ro. urbi iam imminentem, ſuperatis difficili tranſitu Alpibus, acie fudit ac fugauit, fugientemq; Papiam uſq; perſecutus eſt & obſedit, ac tandē in deditionem accepit ſexto obſidionis menſe, eumq; ſpoliatū regno, non etiam uita, Lugdunum cum uxore et liberis exulatum miſit, ipſe Romam profectus, Adriano Rauennam & omnes alias urbes, quas primus Ro. eccleſiæ donauerat pater eius Pipinus, & dudum abſtulerat cœperatq; Deſiderius, reſtituit, ac amplioribus priuilegijs confirmauit, iureiurando (ut ait Platina) interpoſito. Ipſe Adriano perpetuā ſeruauit amicitiā, & ſemper pro hoſtibus habuit Ro. eccleſiæ rebelles & aduerſarios. Ipſe Longobardis penitus eripuit regnum, quod toti ſane Italiæ in primis Ro. eccleſiæ & Vrbi graue per annos. CCIIII. fuerat. Ipſe Saxones tandem bello (quod XXXIII annis durauerat) perdomuit, et Christianam religionem ſuſcipere coēgit: traductis ex utraq; ripa Albis. X. milibus Saxonum ſimul cum uxoribus & liberis in Galliam & Germaniam, atq; in diuerſa loca tranſlatis & diſtributis, ne rurſus à fide Chriſti & imperio Francorum deficerent. Ipſe ferociſſimas & ualidiſſimas pleraſq; alias

Platina in uita Adriani.

quoq; gentes per Germaniam & utranq; Pannoniã Daciamq; et Dalmatiam debellauit, Chriſtoq; lucratus eſt. Ipſe deniq; præ cunctis ſacris & uenerabilibus locis coluit (uti refert Eginhartus) eccleſiam B. Petri Romæ in Vaticano, in cuius donaria magnam uim pecuniæ auri & argenti atq; etiam gemmarum contulit. Innumera item pontificibus munera miſit. Nec toto regni ſui tempore quicq̃ duxit antiquius, q̃ ut urbs Roma, ſua opera ſuoq; labore, ueteri polleret autoritate, & eccleſia S. Petri non ſolum per illum tuta ac defenſa, ſed etiã ſuis opibus præ omnibus eccleſijs eſſet ornata & ditata. An non erat igitur uir ille, tot tantiſq; meritis clarus & ſpectatus, Ro. imperij titulo diademateq; longe dignior, q̃ ſceleſtus & impius ignobiliſq; ille ſutor Iſauricus Leon ſimul cum filio nepotibusq; duobus: qui ſimili perfidia & Ro. pontifices perſequebantur, et Ro. urbem indefenſam deſerebant? At Carolus Mag. non modo ſuis, ſed et patris auiq; ſui meritis, ut plurimis ſanè, ita et maximis, in urbem, eccleſiamq; Ro. atq; adeo in totam rempub. Chriſtianam, magnus erat et inclytus. Quis enim cõtra hoſtes fidei maior in armis fuit eius auo? quis deuotior erga ſedem apoſtolicã eius patre? quanta uirtus proaui? quanta religio patrui? quæ pietas filij Ludouici? Quanta omnium conſanguineorũ eius erga eccleſiã Ro. merita & obſequia? ſicut enim

Quanto dignior imperio Car. q̃ Græci im.

Car. cũ oĩ pgẽie ſua benemeritus de rep. Chriſtiana

ipſe Deſiderium, ita pater eius Aeſtulphum, & auus
eius Luitprandrum, Longobardorum reges à ceruicibus Romanorum pientiſſime depulerunt: Et inter alia maxima et grauiſſima bella, quæ geſſit plurima

Car. Martellus.

Carolus Martellus auus eius, nunc in Francia cōtra diuerſos in regno tyrannos, nunc in Germania cōtra Alamanos, Sueuos, Bauaros ac Saxones: deuicit & Sarracenos, Galliam occupare tentantes, duobus magnis prælijs (uti refert Eginhartus) uno in Aquitania apud Pictauos, altero iuxta Narbonam apud Byrrā

In ui. Gregorij II.

fluuium. Platina dicit: non longe à Turonum finibus prælium ab eo cōmiſſum eſſe. In quo ſanè ceciderint Sarracenorum ad CCC. & LX. milia, ex Francis uero mille tantummodo & CL. Quid rogo ſimile inuenias in uniuerſis Græculis? An non digna igitur imperio fuiſſet tanta uiri uirtus pietasq; et ꝓpugnatio.

Quantum ſtudiū Ro. eccl. erga Germanos ī trāsferē do impio.

Quicquid igitur deblacterent calūniatores Huſſogermani, euentus certe rei fideiq; propagatio & præclara imperatorum Germanici ſanguinis facinora atq; ſucceſſus optimi, re ipſa teſtantur & declarant, trāſlationem Ro. imperij iuſte pieq; ac feliciter à me factam eſſe. Tantū uero abeſt, ut facti illius me unquam pœnituerit, ꝙ etiam ultro (cum Berengarij Longobardico ſanguine orti, imperij titulum ſibi arrogaſſent, deficiente Caroli Magni ſtirpe) è Saxonia Othonem. I. accerſiuerim, ut cum imperij corona le-

gitime coronarẽ. Atq; ut certa & perpetua maneret apud Germanos imperatoris electio, hanc tuli autore Gregorio. V. Papa ſanctionẽ, quæ iam ultra D. annos iugi obſeruãtia ſuo in uigore inuiolabiliter ꝑdurat. In hæc ſanè (ut eleganter ac breuiter digeſſit Egnatius) uerba. Imperatorum nullus hæreditariã dignitatẽ uendicato. Principes ſex, ſacri ordinis tres, profani totidem, eum deligunto. Hi ſi diſcordes fuerint, Boemiæ regẽ coaptato. Hac itaq; ſanctione factum eſt, ut nunquã licuerit ignobilibus aut ſordidis apud Germanos ad imperij faſtigium aſpirare, nihil ꝑ tot ſecula licuit temeritati aut furori plebis, nihil ui aut præſumptioni ordinis equeſtris, nihil armis ac uenalibus ſuffragijs militum: per quæ apud Græcos pleriq; turpes, ignobiles & ſordidi homines ad imperij culmen eucti fuerunt: ſed ſemper generi & uirtuti meritisq; ſeu proprijs ſeu Maiorum ab electoribus delatus eſt honos, & ſumma rerum commẽdata. Recte igitur et prudenter Gregorius ille natione Saxo, cognita imperij imbecillitate (ut ãit Platina) uarietateq; fortunæ: quo diutius apud Germanos ſumma poteſtas remaneret, illeq; cæteris præeſſet, qui uirtute & dignitate cæteris præſtaret: ſanctionem iſtam tulit, haud abnuẽte imperatore Othone. III. Romæ tum agente.

Ordinatio Greg. V.

Ro. princ li. 3. in Othone III.

In ui. Gregorij V.

Habes & hodie, dei benignitate, & opera atq;

Conſiliū fi comprobatione mea, Cæſarem et pontificem, ſummæ
dele pro Ro. reip. capita, in ipſa Germania natale ſolū haben
Germāis. tes, Qui utiq; ex innato erga patriā amore, nō poſ-
ſum optima quæq; in commodū et honorē tuum uel-
le et conſulere. Siquid igitur eſt, in quo à me putas te
lædi aut grauari, id per principes & prælatos tuos,
2. Tim. 2. ad illos refer, ut melius tibi conſulatur. Noli diutius
ferre ſtultas & impias inſani uulgi & ſceleratorum
Barrabarū contra me uoces, quæ nihil ꝓficiunt, niſi
Terētius. ad impietatem. Valeant, qui inter uos diſſidium quæ
Gal 2. runt. Vtinam & abſcindantur, qui te conturbant. Si
Matth. 5. enim rei ſunt concilio, qui dicūt fratri ſuo Racha, quo
quæſo digni erunt, qui dicunt matri ſuæ meretrix? Et
ſi reus erit iudicio, qui iraſcitur fratri ſuo, quo putas
digni erunt, qui ſcelerato ex nulla iuſta & rationa-
bili cauſa odio, dicunt omne malum aduerſus matrē
ſuam? Si deniq; reus erit gehennæ ignis, qui dixerit
fratri ſuo fatue, quo dignus (rogo) erit, qui dicit patri
ſuo Antichriſte, idolum, larua? Et qui dicit matri ſuæ
Sodoma, Babylon, Lupanar? Heu perditionē anima-
rum infinitam. Sed ad quid ꝑditio hæc? cui proficit?
Nunquid deus in iudicio falſam & ſtultam eorum ex
cuſationem, qua in publicas perſonas talia ſibi licere
dicunt, accipiet? At multo reuera grauius eſt pecca-
tum, iniuriam facere patri & matri omnium, ꝙ pa-
tri ac matri unius aut alterius.

Turpe leuiter amicitiã diſſoluere.

Quod ſi deum ultorem tot iniuriarum non timẽt Gigantes ſunt Lutherici, ſaltẽ coram hominibus erubeſcant, tot iniurijs abſq; ulla cauſa matrem ſuam afficere, quæ ipſos in Chriſto tam pie genuit, et tam diu educauit. Si turpe eſt amico ex leui cauſa, non ſolum iraſci aut cõuicium dicere, ſed etiam amicitiã renuntiare. Quanto turpius eſt obſecro, matri: quæ te ultra DCC annos præcipua charitate fouit, & ad ſumma rerum dignitatumq; faſtigia euexit: ex nulla penitus aut certe leuiſſima cauſa, poſt infinita iniuriarum genera, etiam repudij & ſeparationis libellum mittere uelle, ut adhæreas meretrici Bohemicæ? Proh pudor, Id ne ullus Germanorum, qui ex adulterio conceptus non ſit, cogitare poteſt? Quouſq; igitur tolerabis Germania tantam ſpuriorum tuorum inſolentiam & impietatem?

Peroratio

1.Re.15.

Ego uero, ut finiam tãdem, unum ſcripturæ locũ, admonendi tui gratia referam. Ecce ait Samuel ad Saul regem. Nónne cum paruulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es? Vnxitq; te dominus in regẽ ſuper Iſrael, & miſit te dominus in uiam, & ait: Vade & interfice peccatores Amalech, & pugnabis contra eos uſq; ad internitionem earum. Quare ergo non audiſti uocem domini, ſed uerſus ad prædam es, & feciſti malum in oculis domini? Nunquid uult dominus holocauſta & uictimas, & non po

rius, ut obediatur uoci domini? Melior eſt enim obediētia quàm uictimæ, & auſcultare magis quàm offerre adipem arietum. Quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare: et quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere. Hæc Samuel. Reliquū, quod ſubdit, eloqui abominor, & ut deus auértat precor. Certe tu quoq; paruula eras Germania, ſine opibus, ſine oppidis, ſine rege, ſine lege, quando facta es, coronatione & inunctione Caroli Magni, caput in tribubus Iſrael. Et dixit tibi iampridem dominus per uicarium ſuum Romanū pontificem: qui utiq; eſt (ut ait ad Eugenium. III. diuus Bernardus) iudicatu Samuel, & inſuper princeps epiſcoporum, primatu Abel, gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, autoritate Moſes, poteſtate Petrus, unctione Chriſtus. In quo & Lutherus, dum ſanus erat, uocem Chriſti loquentis auditurum ſe dicebat. Vade, inquit, & interfice peccatores Amalech. Quid eſt Amalech? Gens bruta (inquit Hieronymus cum Gloſſa) ſeu populus lambens. Nunc ipſa tu quæſo iudica, an nō ſit gens bruta, Lutherani tui, qui uſq; adeo brutaliter detrahunt rationi, ut negent in ea ullum eſſe homini liberum arbitrium, & aſſerāt, non aliam partem hominis magis carnem eſſe quàm ſupremam uim rationem, quod in illa ſit proprie ignoratio & contemptus dei, aſſerant item, quod huma-

Vade et interfice peccatores Amalech.

Bern. de cōſideratiōe ad Eug. li. ſcd'o

Quid Amalech.

Phil. Mel. de lo. communibus.

na ratio ſit prorſus ignorans dei & contemptrix, et quod odit deum uelut carnificē, quod omnia opera bona ſanctorum non ſint merita, ſed peccata, quod laruæ ſint & idola raſa epiſcopi & presbyteri, q. miſſa ſit ſumma idololatria, non ſacrificiū, non opus bonū, quod non ſint ſeptem ſacramenta, nec abluat peccata baptiſmus, Hæc & id genus plurima brutaliter grunniunt & conculcant, gens bruta, porci Lutherini, lambentes interim aquam turbidā putridamq; de ueteri & diſſipata ciſterna Huſſitarum. Hos igitur Amalechitas Saxabohemicos, te iampridē oportebat ad internitionē uſq; interfeciſſe cum omnibus in tot milibus librorum iumentis & pecoribus corū. Vides enim hic q̄ graue ſit peccatum, nō auſcultare, non obedire, quibus oportet. Obſecro igitur te filia, præcipue dilecta, ó Germania, per miſericordiā dei, ut exhibeas corpus tuū (quod certe modo in pleriſq; membris tabeſcit & ægrotat) hoſtiam uiuentem (non hæreſi aut præciſione mortuam) ſanctam, deo placētem, rationabile obſequium tuum, ut probes quæ ſit uoluntas dei, & Chriſti eius, bona & bene placens et pfecta, In Ieſu Chriſto domino noſtro Amen.

Delendi Amalechitæ Saxobohemici.

Ro. 12.

COCHLAEVS GERMANIAE.

Si hæc tibi mater chariſſima coràm commemoraret Romanus aliquis legatus, an non credas pleriſq; tuorum tanto rubore faciem perfuſum iri, ut flammeam

Iugratitudo Lutheranorum i Ro.eccl. poſſint ſuam frontem exiſtimare? Ego certe uel ferreas frontes inflammari poſſe arbitror, ſi recte perpendant Lutherici detractores noſtri, quanta ingratitudine perſequātur optime de nobis meritam eccleſiam Ro. caput et matricem oīm eccleſiarum dei. Quales enim fuerūt maiores noſtri, antequam à ſede Apoſtolica recepimus fidem Chriſti & Ro. imperium? Quæ uero tam grandis accidit hoc tempore cauſa, ut amicitiam tam arctam & antiquam (in qua floruerūt et profecerunt maiores noſtri ultra DCC. annos) illi per

Nulla Lutheranis cauſa contra eam. diſſidiū renunciemus? Certe ijs, qui maxime quiritantur, & uanum libertatis uocabulum cōtra illam prætendunt, nihil unquā nocuit mater illa noſtra. Quam enim exactionē ab ea paſſus eſt Lutherus? quam eius Philippus? quam Velenus? quā poetæ Lapithæq; cereuiſiarij, ſimul cū omnibus cerdonibus & Karſthanſijs ſuis? Niſi forte contulerunt aliquando unum aut al-

Obuli īdulgētiarum. terum obulum pro indulgentijs. At obuli illi non uenerunt Romā. Et ſi ueniſſent, non tamen exacti fuerūt, ſed ſponte oblati. At Amalech noſter nō dolet, ſi in ludum uenerem'ue aut crapulam profundat, ac perdat aureos X. aut CXX. Quiritatur autē continuo, ſi in cauſam piam non (enim in alias cauſas dantur indulgentiæ) uel unum obulum ad ſalutem animæ, ad culpæ ac pœnæ relaxationem à deo facilius impetrandam

Nō eſt exa expendere debeat. Et tamen non cogitur aut iube

tur,ut expendat. Quicquid ibi facit, ultrò facit. Nulla eſt exactio, ſed datur occaſio bene merendi. Quia ſcriptum eſt: Peccata tua eleemoſynis redime. Item: Eleemoſyna reſiſtit peccatis. Et pientiſſimus eleemoſynarius Tobias ait filio ſuo: Præmiũ bonum tibi theſauriza in die neceſſitatis, quoniam eleemoſyna ab oĩ peccato & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Iuſtá ne ergo cauſa eſt, ut diſsidium à matre noſtra quæramus, quia nobis aliquando conceſſit indulgentias, ſi pia ope quantulacunque ſubuenire mus, uel pauperibus in xenodochijs, uel fidelibus Turcarum aut Ruthenorũ bello impetitis, aut in honorẽ dei ædificantibus? Quis uero ex omnibus Lutheranis ullum notabile damnum ſubſtantiæ ſuæ propter quaſcunq; indulgentias paſſus eſt? Et ſi priuatim unus aut alter ex eis damnũ graue (ſed reuera nullum eſt) pertuliſſet, non tamen æquum eſſet ob id publice & generaliter atq; etiam inſignioribus literis (quod facit Lutherus) ſcribere, qđ indulgentiæ ſint Ro. adulatórum nequitiæ. Imò uero etiam ſi hoc uerũ eſſet, non tamen decebat ſtatĩ renunciata amicitia dicere: Beata Græcia, beata Boëmia, beati omnes qui ſeſe à Ro. eccleſia ſeparauerint. Vale infelix, perdita, ac blaſphema Roma. Hui accingamur armis oĩbus, & manus noſtras in ſanguine iſtorum lauemus. Quis obſecro Germanorum de hoc noſtrorũ furore apud exteros non erube-

ctio, ſed occaſio bene merẽdi.

Daniel. 4.
Eccl. 3.
Tobiæ 4.

Nulla iuſta Lutherãis cauſa de indulgẽtijs.

Luth. ĩ capti. Baby.
Lutherus ĩ Sylueſt.

Sũmus pudor Ger. à

Lutherão ſcat? Si enim graues nobis erant indulgentiæ, cur im-rũ leuitate pertrauimus? cur admiſimus? Cur nõ rogamus Ro. pã tificem, patrem noſtrum, ne diutius nos illis grauet? Itá nc decet ſubito, nõ allegata ulla offenſione aut cau ſa, antiquæ & ad ſalutem neceſſariæ amicitiæ (quam tot ſeculis cum eccleſia Ro. habemus) renũciare? O im

1. Cor. 13. pudentes ac inhumanos, et minime ueros Chriſtianos, qui tam leuiter excidũt à charitate, ſine qua nihil eſſe poſſunt, etiamſi fidem habeant, ita ut montes transfe

Conſtans ĩ amicitia Cæſ. Ger. rant. Quanto laudabilior & honeſtior iſtis fuit ethni cus homo Cæſar Germanicus, Druſi filius, Caligulæ pater, qui obtrectatoribus ſuis, qualeſcunq; & quan tacunque de cauſa nactus eſſet, lenis adeo & innoxi-

Suet. ĩ Caligula. us (teſte Suetonio) extitit: ut Piſoni, decreta ſua reſcin denti, clientelas diu uexanti, non prius ſuccenſere in animum induxerit, q̃ ueneficijs q̃ & deuotionibus im pugnari ſe comperiſſet. Ac ne tunc quidẽ ultra pro-greſſus, q̃ ut & amicitiã ei more maiorum renuntia-ret, mandaretq; domeſticis ultionem, ſiquid ſibi acci-deret. Ecce huic pagina priuata & breuis interceſ-ſit cũ altero pagano amicitia, nullo Piſonis in ipſum merito conciliata (Quid enim beneficij in eum contu lit Piſo?) Et tamen ita ſancte coluit eam amicitiã Ger manicus, ut niſi extremum uitæ periculum, quod ſce-lerate intentabat ei falſus amicus, pſenſiſſet, non erat illi qualemcunque illam amicitiam renuntiaturus.

At Lutheriſci noſtri non erubeſcunt ſedi apoſtolicæ (cuius beneficio fidem Chriſti, religionem, mores & inſtituta ciuilia, literas, dignitates, honores, imperiumq; & bonas artes habemus) amicitiam ſanctiſſimam atq; ad ſalutem animarum ſumme neceßariã, & à maioribus noſtris DCC. annos debita cum obedientia & ueneratione obſeruatum, abſq; cauſa & ratione aliqua, tam leuiter quàm impie, grauiſſimis cum iniurijs & calumnijs, renuntiare. Proh dedecus immortale. Quis rogo Barbarorum aut Turcarum unquam tam leuis et ingratus apparuit? Si uolebant diutius amicitiam tenere, ſaltem ſine iniurijs renuntiaſſent, ſaltem illam paulo ante nõ approbaſſent, ſed quocũq; allegationum fuco reprobaſſent. Nunc dux ipſe ſceleratæ huius factionis, intra hoc quinquenniũ non raro eam ſic comprobauit nobiſq; commendauit, ut & Lipſiæ dixerit in diſputatione, ab illa nequaquam diſcedendum eſſe, etiam ſi ius diuinum ſtaret pro Bohemis, cum ſummum ius diuinum ſit charitas: & Vuittenbergæ in Paulum ad Galatas ſcripſerit ac prælegerit, Non poſſe Bohemorum diſſidiũ excuſari, quin ſit impium. Et tamen paulo poſt, cum non eßet adhuc condemnatus, furioſißime ſcripſit. Beata Græcia, beata Bohemia &c.

Quàm impudenter amicitiam ueterẽ renunciẽt Lutherani.

Quod ſi nos adhuc non mouet, ut q̃primum extirpemus & eijciamus à nobis ſceleratam hanc impio-

Timenda nobis ultio diuina. ꝑpter Lutherum.

rum factionem, pudor, non gratitudo, nō humanitas, non obedientia, non ius amicitiæ, nō pietas, non religio: ſaltem percellat animos noſtros timor, ſi non domini, ſaltem pœnæ, cum temporalis, tum æternæ; Ait enim Apoſtolus: Qui talia agunt, digni ſunt morte, non ſolum qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt faciētibus. Et dominus in Apocalypſi: Habeo (inquit) aduerſus te pauca, quia permittis mulierem Iezabel, quæ ſe dicit propheten, docere & ſeducere ſeruos meos, fornicari et manducare de Idolothytis. At

Cucullata Iezabel.

cucullata tua Iezabel, ó Germania, non ſolum in una ciuitate, ut illa Thiatyrenſis, ſed in omnibus omniū prouinciarum tuarum ciuitatibus, per libellos & emiſſarios ſuos, docet & ſeducit ſeruos Chriſti, unctos ſpiritu ſancto. Quid igitur deo aliquando reſpondebis de tot animarum perditione per unam ſceleratam Iezabelem tuam, quæ ſe non ſolum propheten, ſed etiam Euangeliſten, Eccleſiaſten & iudicem hominum & angelorum dicit? Quouſque illi omnia, quæ ne Turca quidem permitteret, contra charitatem & obedientiæ debitum permittes? An & tu renuntiabis amicitiam matri, ut Saxobohemicæ huic adhæreas meretrici? Heu dedecus & ſcandalum inexplicabile, ne dicam inexpiabile quoque.

Quāta bona ꝑ cōuer

Ad conuerſionem tuam dedit tibi dominus terram fertilem, ingenium docile ad colendas agros,

ad ædificandas urbes, ad diſcendas artes, ad inſtitu- *ſionẽ rece-*
endas leges & diſciplinas, ad imperandum populis. *pimus.*
Aperuit tibi theſaurum ſuum cœlũ, ut pluuia irriget & fœcundet agros, & rore præbeat auxilium ſitien tibus herbis. Dedit et alia multa bona, quæ prius igno rabas. *Quid uero contra ad auerſionẽ tuam (quã* *Quanta*
ſuperi prohibeãt) redditurus ſit tibi dominus, ex Græ *mala per*
corum, Orientaliumq́; & Aphrorum calamitatibus *auerſionẽ*
conijcere poteris. Quod ſi cõtemnas aliena pericula *ſequentur.*
& exempla, ſaltem pertimeſce horrendas & nume- Deut. 28.
roſas maledictiones ſcriptas in lege domini, ne te ap- Ioh. 15.
prehendant. Si enim audire nolueris uocẽ domini dei tui, ut cuſtodias & facias omnia mandata eius (eſt au tem præcipuum Chriſti mandatum, ut diligamus nos inuicem, ſicut ipſe dilexit nos) uenient ſuper te omnes maledictiones iſtæ et apprehẽdent te. Maledicta eris in ciuitate, maledicta in agro, maledictum horrenm tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ. Maledictus fructus uentris tui, & fructus terræ tuæ, armenta boum tuo rum, & greges ouium tuarum. Maledicta eris ingre diens, & maledicta egrediens. Mittet dominus ſuper te famem & eſuriem, et cætera quæ ſequuntur plu- rima.

Maxime autem ea nobis bene perpendenda & præ- *Adducet ti*
cauenda eſt maledictio, quam nunc quotidianus quo- *bi dominus*
que rumor ſæpe ante oculos ponit, & imminere præ- *gentem de*

longiquo. dicat. Ait enim infallibilis ueritas, & ſacra ſcriptu-
Deut. 28. ra: Seruies inimico tuo, quem emittet tibi dominus, in
fame & ſiti & nuditate, & omni penuria. Et ponet
iugum ferreum ſuper ceruicem tuam, donec te conte
rat. Adducet dominus ſuper te gentem de longinquo,
& de extremis terræ finibus, in ſimilitudinem aqui-
læ uolantis cum impetu. Cuius linguã intelligere non
poßis, gentem procaciſſimam, quæ non deferat ſeni,
nec miſereatur paruuli, & deuoret fructum iumento
rum tuorũ, ac fruges terræ tuæ donec intereas. Et nõ
relinquat tibi triticum uinum & oleum, armenta bo
um, & greges ouium: donec te diſperdat & conterat
in cunctis urbibus tuis & c. In eandem quoque ſentẽ
tiam ait Hieremias propheta: Ecce ego adducam ſu-
per uos gentem de longinquo, domus Iſraël, ait domi
nus: Gentem robuſtam, gentem antiquam, gentem cu
ius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur.
Pharetra eius quaſi ſepulchrum patens, uniuerſi for-
tes. Et comedet ſegetes tuas, & panem tuum. Deuo-
rabit filios tuos et filias tuas, comedet gregem tuum
& armenta tua, & comedet uineam tuam & ficum
tuam, & conteret urbes munitas tuas, in quibus tu
Cauẽdum habes fidutiam gladio. Dicat hic quiſque quod
ne Turcæ uelit. Certe non fallit ſcriptura, non mentitur deus.
hanc litem Mihi profecto dubium non eſt, ſi diutius manſerit in-
dirimant. ter nos iſta impiorum (qui peruertunt uias domini

& uerba dei uiuentis, atque tranſgrediuntur termi- nos antiquos, quos poſuerunt patres noſtri) colluuies propediem ſuperuenturas nobis eſſe Turcas, qui hāc inter nos litem dirimant. Et quidem iuſto dei iudi- cio. Hiere. 23. Prou. 22.

Si enim non uolueris ó Germania, audire uer ba legis & prophetarum Chriſti item & Apoſto- lorum, quæ ad longum ſupra me internūtio tibi com memorauit Roma, nec auſcultare præceptis eccleſiæ, decretisq́; conciliorum & ſanctorum patrum ſenten tijs, neque inſuper obedire mandato patris noſtri Romani pontificis, nec acquieſcere legi ſanctæ ma- tris eccleſiæ, neque item Cæſaris principumq́; tuorū edictis deferre, nec acceptare tot uniuerſitatum de- terminationes, nec intelligere tot eruditorum homi- num, qui iſtorum impietates confutant, libros, ſed uni Luthero, tam ſanè maledico, quàm maledicto, plus credere quàm omnibus ſcripturis patribusq́; & do ctoribus eccleſiæ: Nónne iuſtiſſime permittet tan- dem dominus deus, ut Turcarum gens de longinquo, imò & de propinquo iam, ſuperueniat tibi, ut ſi no- lueris legitimos huius cauſæ iudices audire, eos coga ris audire iudices, quorum ignores linguam, nec in- telligas quid loquantur? Quāta Lutheranorū inobedientia.

Erunt tamen grati Lu- theranis iudices illi. Quid ita? quia re exequentur & complebunt Turcæ, quod uerbis docent & pe- tunt impij ſceleratæ & nephandæ huius factionis Verbis Lutherani, re Turcæ idē agunt.

magiſtri. Nempe occident epiſcopos, preſbyteros, monachos & uniuerſum clerum conſecratum, moniales extrahent uel ad libidinem uel ad ſeruitutem. Demolientur templa, diruent altaria, deſtruent mo-
Danie. 5. naſteria, diripient in prophanos uſus ſacra uaſa, au-
Iohan. 19. rea, argentea, ærea, uti fecit olim Rex Babyloniæ Baltaſſar: diuident inter ſe ſacras ueſtes, ſortem forte miſſuri, quid quiuis accipiat, uti fecerunt milites
Lutherus i ſub cruce domini. Vena, pallas, corporalia, & ſine
lib. contra modo & numero ornamenta, lumina, lampades (uti
Catharin. egregia nomenclatura præſcribit eis Lutherus) & id genus alia, transferent è templis & monaſterijs in Gynecia ſua, ut donet gregibus uxoribus uxorum concubinarum, eunuchorum, Ganymedum & exoletorum (Heu domine deus quid tunc erit nobis?) ſuorum, campanas eccleſiarum conflabunt in bellica tormenta, principes noſtros aut in portis ad ludibrium ſuſpendent, uti ante paucos annos fecerunt in Aegypto: aut ad illudendum ex ſqualore carceris trahent uinctos in ſpectaculum, ut compleant (quod ſceleratiſſime ſimul & ſeditioſiſſime nuper comminatus eſt eis in teuthonico libello cucullatus iſte furcifer noſter) illud Pſalmiſtæ. Effun-
Pſal. 106. dit contemptum ſuper principes. Populos denique noſtros auocabunt à cultu diuino in Luthericam libertatem, at in cryptis tenebrarum cuique liceat

quod libuerit. Hæc & genus multa uerbis nunc proponunt Lutherani, atque ut Turcis cito liceat ſententiam eorum ad executionem perducere, magnopere diſſuadent ac reprehendunt bella Chriſtianorum, quæ parantur aut mouentur in Turcas. O ſceleratiſſimos parricidas, & impijßimos patriæ noſtræ proditores.

Iam intelligis, credo, Patria dulciſſima, qua ego intentione literarum bellum (aliud enim non licet mihi) cum nouis iſtis Hußitis gero: non alia certe, quàm ut ſalua nobis maneat fides & religio patrum noſtrorum, quam à ſede Apoſtolica ante .DCC. annos acceperunt ſancti homines dei Bonifacius, Kilianus, Rupertus & cæteri martyres & Epiſcopi noſtri, eamque fideliter tradiderant maioribus noſtris, à quibus ad nos uſque illibata ſemper & nulla hæreſi polluta peruenit. Eandem proaui & attaui noſtri contra ueteres Huſſitas ſumptis armis pie fortiterq; defenderunt, & factionis illius capite tradiderunt igni. Qualiter autem nunc contra nouas Huſſitas gerunt ſeſe Germani noſtri, poſteritas referet. Ego deum precor, ne deſint ueſtigijs pietatiq; & gloriæ maiorum noſtrorum. Et ſi quid poſſit paruitas mea, ecce me Germania paratißimum, pro patria fideq; patrum noſtrorum agere & pati omnia quæ pium alumnum & hominem Chriſtianum oportet ac de-

Fides catholica ad hæc uſq; tẽpora i Germania mã ſit inuiolata.

Conſulẽdũ poſteritati

Pugnandũ ꝑ patria.

Ambro.de cet. Iuxta illud Ambroſij: Præſtantius eſſet, exi-
offi.lib.3. ſtimet unus quiſque, quod operam ſuam patriæ im-
capite 3. penderit, quàm ſi in otio poſitus, tranquillam uitam
2.Co.13. uoluptatum copijs functus egiſſet. Glorioſum enim
1.Co.14. unicuique ducitur, ſi proprijs periculis quærat uni-
Epheſi.4. uerſorum tranquillitatem. Et iam biennium abijt,
ut hanc mentē meam in faciem dixi Luthero Vuormaciæ. Deus optimus maximus, qui eſt utique deus pacis & dilectionis, non diſſenſionis, det nobis, ſeruare antiquā unitatem ſpūs in uinculo pacis Amen.

FINIS.